F

f *littera sexta alphabeti Latini.* **1** *gener. (ad significandum punctum: l.5):* CONSUET. Trev. 32 vasa per digamma, id est F, signata. HERM. AUGIENS. mens. astrolab. p. 204,36 ex his quinque partibus IIII utrinque circa C secerne et punctis superius F, inferius G inscribe *eqs*. CHRON. reg. a. 1162 p. 109,44 (rec. II, codd. B1, B2, C2) duo gamma esse F, primam litteram nominis Friderici imperatoris. CONR. MUR. summ. p. 142,23 Fridericus per capitales F et R cum titella *(sc. breviatur).* **2** *mus. (de re v. LexMusLat. vol. II. s. v. 'f'):* **a** *de littera significativa neumatibus addita ('Romanusbuchstabe'):* NOTKER. BALB. ad Lantb. p. 35 f, ut cum fragore seu frendore feriatur, efflagitat (*item* FRUTOLF. [?] brev. 14 p. 103,2). **b** *ad tonos significandos:* Ps. ODO CLUN. dial. 2 p. 253[b] scribe . . . pro F aliam f. COMM. microl. 70 p. 105 a voce D in F est semiditonus. 333 p. 119 in diapason F f. *saepe. v. et vol. III. p. 1,13.* *in mensura cymbalorum:* THEOPH. sched. 3,86 p. 158,23 dividat *(sc. quicumque vult facere cymbala)* ceram G per octo et tantum det F litterae, quantum est in summa eius *(sc. G)* et insuper octavam eius partem. CYMBALA I 4 accipe totum E et eius VIII[am] partem et fac F *eqs. ibid. al.* **3** *math. numerum XL significans:* CARM. de litt. 7 sexta quater decem gerit F, que distat ab alpha; XXXX. **4** *comput. ad significandam litteram dominicalem ('Sonntagsbuchstabe'; de re v. H. Grotefend, Taschenbuch der Zeitrechnung. [14]2007. p. 4. 134sq.):* LIBER ordin. Rhenaug. p. 241,27 in eo . . . anno, cum dies dominica in f evenerit (*sim.* p. 241,36).

***fa** *syllaba.* (*suspensa ex* famuli) *syllaba in solmisatione ad designandum quartum tonum hexachordi adhibita (usu mus.; de re v. LexMusLat. vol. II. s. v. 'fa'):* LIBER argum. 9 ut re mi fa sol la la sol fa mi re ut. IOH. AEGID. mus. 7,7sq. faut duas habet voces, fa . . . et ut, sed fa cantatur per B quadratum. *al.*

faba, -ae *f.* *script.:* fav(a): *l.39.53.p.2,10.17. al.* -bb-: ROGER. SALERN. chirurg. 1,972. *ibid. al.* *acc. sg.* -um: *l.48. sing. pro plur.: l.38.39.42.45. persaepe.*

1 κύαμος, *Vicia faba L. – Bohne, Sau-, Pferde-, Acker-, Puffbohne (et de planta et de fructu):* **a** *in univ.:* **α** *usu communi:* LEX Sal. Pipp. 38,2 si quis nabina, -a . . . in agro furaverit *eqs*. RECEPT. Lauresh. 4,56 fava fresa infundis in vino. CAPIT. reg. Franc. 32,70 quod in horto omnes herbas habeant: . . . -as maiores, pisos Mauriscos. WALAHFR. exord. 19 p. 491,30 -a . . . abstinentium cibus est. CONSTANT. AFRIC. coit. 13,30 -e nutriunt et ventositatem faciunt. EMO chron. 75 -a . . . ante festum beati Bonifacii effloruit. *persaepe.* *in tributis:* CAPIT. reg. Franc. 128,25 p. 254,19 -a modium I, pisos modios XII. CHART. Sigeburg. 53 p. 119,23 IIII maldaria siliginis et unum -ę. CHART. Tirol. notar. I quinquaginta modios inter frumentum et -um vel herbegiam (*sim.* 334 p. 157,36). *persaepe.* **β** *cinis fabarum tritarum (in aqua solutus) – (in Wasser gelöste) Bohnenasche:* GEBER. clar. 1,69 suspende petiam in olla, in qua bulliat -a *(cf. notam ed.).* **b** *in mensura (magnitudinis):* RECEPT. Lauresh. 3,25 dabis *(sc. antidotum)* in modum fave magnitudine. THEOPH. sched. 3,9 grana rotunda sicut -ae. TRACT. de chirurg. 694 (in marg.) lupinus oculorum est apostema in palpebris oculorum in modum -e vel ciceris. *al.* **c** *in proverbio:* ALBERT. STAD. Troil. 3,601 rodere malo -am, quam cura praepete rodi *(cf. H. Walther, Proverbia nr. 26914).* 3,822 cum velut ob nigram sint ea bella -am. ANNAL. Worm. a. 1233 p. 147,32 a sua fide ad valorem -e nunquam declinaverunt *cives. al.* **d** *in nomine loci:* CHART. ord Teut. (Thur.) 286 (a. 1277) V agros sitos in prato -arum . . . fratribus . . . contulimus *(sc. comes).* **2** *de aliis plantis:* **a** faba silvestris *i. q. Sedum telephium (L.) – Große Fetthenne (cf. Hegi, Flora. IV/2. p. 524sq.): v. vol. II. p. 1982,10. adde l.33.* **b** faba Syriaca *i. q. Celtis australis – Südlicher Zürgelbaum (cf. Hegi, Flora. III. p. 122):* RECEPT. Lauresh. 3,24 dabis *(sc. antidotum)* in modum fave siriace. **c** faba Aegyptia(ca) *i. q. Nelumbium speciosum – Indische Lotusblume (cf. Hegi, Flora. III. p. 438):* **α** *in univ.:* ALBERT. M. veget. 6,337 egyptia -a et nabathia sunt magis probatae in virtutibus -arum. *fort. huc spectat:* ALPHITA I p. 298,27 lupinus -a Aegyptiaca idem. *ibid. al.* **β** *in mensura (magnitudinis: l.17; ponderis: l. 16):* RECEPT. Lauresh. 4,77 ⊢ Egyptius, id est -a Egyptia et pensat ℈ IIII. ANTIDOT. Lond. p. 17,14 ad magnitudine fave Egyptiace. *al.*

fabaceus (fafa-, fava-, -at(i)us, -cius), -a, -um. *script.* faciad(us): *l.24.* **1** *ad fabam pertinens – zur Bohne gehörig, Bohnen-:* DYNAMID. Hippocr. 2,98 cum uva passa et nucliatu limacis et lomento -io fracturas glutinat *bulbus agrestis.* **2** herba -a *i. q. ?Sedum telephium (L.) – ?Große Fetthenne (cf. l.6):* FRAGM. mul. II 59 herba faciada manip. II. RECEPT. Sangall. I 58 herba artemisia et gallamentis et fafatia, quae in fontis nascitur, pariter teris in vino. TRACT. de caus mul. 95 p. 55,10 erba favata manip. I. *ellipt.:* TRACT. de caus. mul. 2 favata.

fabaria (fava-, -ber-), -ae *f.* **1** *Sedum telephium (L.) – Große Fetthenne (cf. l.6):* GLOSS. Roger. I A 1,9 p. 527,33 recipe -e. WILH. CONG. chirurg. 764 morsus galli, -a et consimilia. 1637. *fort. huc spectat:* ALPHITA I p. 295,30 iposelina acquatica herba est nascens in aquosis locis habens folia fabae foliis similia, unde a vulgo -a (*item* II p. 86,19). II p. 61,16sq. faba est herba, que dicitur -eria inversa vel -a aquatica. **2** *ager fabarum – Bohnenfeld:* LEX Sal. Merov. 27,7 si quis in orto alieno furaverit vel in furtum ingressus fuerit aut in napinam vel in -am, in pisariam. 27,12 in nabina, in fav-a (LEX Sal. Karol. 27,12 -am). *in nomine loci ('Pfäfers'):* CONR. FAB. Gall. 12 p. 30,9 ego, qui hec scripsi, Cuonradus presbiter sancti Othmari, dictus de F-a.

***fabatinus** (fava-), -a, -um. *ad fabam pertinens, fabaceus – zur Bohne gehörig, Bohnen-:* PAUL. AEGIN. cur. 255 p. 205,27 adiunge *(sc. mixturae)* farine fav-e (*3,78,18* φαβατίνου).

fabat(i)us *v.* **fabaceus.** **fabba** *v.* faba.

1. fabella, -ae *f.* *script.* -el(a): FABULAR. MIN. 1,2 (gloss.). *metr.* făb-: *l.55.57. al.* **1** *strictius i. q. narratio, parva fabula (ficta vel mendosa) – Erzählung, Märchen, (Lügen-)Geschichtchen:* **a** *in univ.:* DESID. CAD. epist. 1,10 sicut nos . . . mutuis solebamus relevare -is, ita iam nunc . . . dulcia Christi liceret ruminare praecepta. CONC. Karol. B I 33,61 aniles . . . -as. NICOL. BIBER. carm. 1913 alter celeri pede saltat, alter -am recitat quandoque novellam. *al.* **b** *de fabulis scriptis poetarum:* ERMENR. ad Grim. 24 p. 562,24 cum de excidio Troię vera quaedam permiscet *Vergilius* -is suis falsis. EUGEN. VULG. syll. 31[B],70 Cato -as mente serena dictat et ornat. *al.* *fabula animalium – (Tier-)Fabel:* ECBASIS capt. 39 raram si pono -am. GERHOH. psalm. 64,142 p. 222,21 illud de -a Esopi, ubi

[Weber]

rana sufflando temptans se extendere ad magnitudinem bovis. *al.* **2** *latius:* **a** *sermo brevis – kurze Rede:* IOH. CANAP. Adalb. A 6 p. 9,17 hanc -am (locutionem B 6) egra voce retulit *(sc. episcopus moriens):* '*eqs.*' **b** *fama, nomen – Gerede, Name:* COSMAS chron. 1,42 p. 78,6 nudius tercius dux nobilis, hodie truncus inmobilis, cras vermibus esca, post tenuis favilla et inanis eris -a (*cf. Pers. sat. 5,152* fabula fies).

2. *fabella, -ae *f.* (faba) *parva faba – kleine Bohne, Böhnchen:* RUODLIEB II 3 torridula trita cum parvo polline mixta, hinc pilule facte si fient more -e *eqs.*

fabellator, -oris *m.* *narrator (fabularum) – (Geschichten-)Erzähler:* GERHOH. psalm. 33,2 p. 198,19sqq. hanc *(sapientiam)* nescierunt filii Agar, '-es et exquisitores prudentiae' *(ex Vet. Lat. Bar. 3,23)* atque ... hanc nescit 'mundus ... ' cum suis -bus argute loquentibus et argentum eloquentiae fabricantibus.

fabello (fave-), -are. **1** *fabulari – fabulieren, Geschichten erzählen:* RUP. TUIT. trin. 10,32 l. 1616 loquaces poetae, non solum in fluviis Aegyptiorum, sed in cunctarum -antes atque coaxantes paludibus gentium. **2** *loqui – reden, sprechen:* LEX Raet. Cur. 10,4,1 dilatores sunt, qui absconse ad principem de aliorum facultates male fav-ant. 25,4,6 gentiles, qui Latinum non intellegunt nec Latinum non -ant.

fabeo *v.* faveo.

faber, -bri *m.* *script. et form.:* fav(er): PACTUS Alam. 41,1. *sing.:* *gen.* -is: EKKEH. IV. carm. var. II 1,18. *abl.* -i: CHART. Bund. 975. *metr.* fāb-: ALDH. ad Acirc. 20,5. virg. II 230.

opifex, artifex, fabricator – Handwerker, einer der etwas herstellt (de re v. T. Erb, Philologus. 130. 1986. p. 266-269): **1** *latius:* **a** *in univ.:* **α** *proprie:* HRABAN. univ. 20,44 p. 558[A] -r a faciendo ferro impositum nomen habet, hinc derivatum est nomen ad alias artium materias -os vel fabricas dicere ..., ut -r lignarius. RATHER. epist. 19 p. 110,10 quid prodest, si -r optimus, instrumenta illius sint pessima? ANNALISTA SAXO a. 1074 p. 426,13 pater ipsius *(papae Gregorii VII.)* -r lignorum. CONR. MUR. summ. 6,61 p. 448,25 sutores pellifices, -i ferrarii, -i lignarii. *v. et vol. I. p. 897,68. II. p. 303,47. III. p. 1753,16.* **β** *per compar.:* HRABAN. univ. 20,44 p. 558[C] -i sancti praedicatores *(sc. intelliguntur; spectat ad Vulg. I reg. 13)* ... ; -i regna gentium *(spectat ad Vulg. Zachar. 1,18sqq.).* EKKEH. IV. carm. var. II 15,4 cives angelici sunt hi sub nomine -i *(spectat ad Vulg. Zachar. 1,18sqq.).* **γ** *translate i. qui alicuius rei peritus est, qui aliquid perficit – Meister, Macher:* UNIBOS 75,1 confusionis trux -r nos seduxisti nequiter. BERNH. GEIST. dial. p. 16 rectores noctis, alumni nequitiae, -i scelerum culpaeque magistri. **b** *de Deo creatore:* HRABAN. univ. 20,44 p. 558[C]sqq. -r ... Deus intelligitur pro eo, quod omnem fabricam coeli et terrae operatus sit. BENZO ad Heinr. IV. 1 p. 92,15 quia male tractaverunt *Iudaei* -um huius seculi. ALBERT. M. nat. bon. 193 tres illi magni -i, mundi fabricatores, scilicet Pater et Filius et spiritus sanctus. *al.* **2** *strictius i. q. ferrarius, aurifex – Metallbearbeiter, (Eisen-, Kupfer-, Gold-, Huf-)Schmied:* **a** *in univ.:* LEG. Burgund. const. I 10,3 qui -um argentarium occiderit. 10,4 -um ferrarium. 21,2 -um aerarium. STEPH. Wilfr. 38 vincula ferrea -os facere iussit *praefectus.* CARM. Cantabr. A 45,3 rota modos arte personemus musica, quibus uti constans gratuletur anima, ut a -is clarus didicit Pithagoras. THIETM. chron. 1,7 -r ille, qui ... torquem aureum, in quo Heinricus occidi deberet, ... preparabat. METELL. exp. Hieros. 6,757 -os armorum. CHART. Hall. 135 p. 131,16 proventus ... de -is ..., qui 'kleinsmide' nuncupantur. ACTA civ. Rost. B I 4,89 p. 93 Thetwardus -r equorum. *persaepe. v. et vol. I. p. 147,17. II. p. 2076,69sq. 2077,15.* **b** *in nominibus:* **α** *hominum:* GESTA Vird. cont. II 8 p. 521,2 floruerunt in hac ecclesia viri religiosi ... Wernerus dictus Paganus ..., Hugo dictus F-r. CHART. Const. 41 p. 50,31 presentibus ... Heinrico dicto Zwiche diacono, C. dicto F-r subdiacono. *persaepe.* **β** *locorum:* CHART. archiep. Magd. 379 p. 496,32 (a. 1182) in strata, quę dicitur -orum. CHART. Advoc. 95 actum in insula -i (*sim.* 97). ACTA civ. Wism. A 472 Conradus Mutere emit domum in platea -orum *('Großschmiedestraße').* 985 in platea -orum (-arum *ed.*). *Weber*

fabila *v.* favilla.

***fabilis,** -e. **1** *effabilis – aussprechbar (usu subst.):* VITA Herm. Ios. 34 p. 697[B] saltavit extra aurem corporis, ut audibilia et -a non audiens audiret ineffabilia. **2** *facundus – beredt:* CARM. de Lamb. 3,8 Maiugena -is ore *(cf. notam ed.).*

fabol- *v.* fabul-. **fabor** *v.* favor.

1. *fabra, -ae *f.* *vidua, uxor fabri – Schmiedin, Witwe, Frau eines Schmiedes:* TRAD. Patav. 1474 p. 456,4 (a. 1220/40) Dietricus et Gisila ..., quorum mater est Alheidis -a ..., sunt censuales. REGISTR. Altah. 8,665 Heinricus, gener -e (fabri *var. l.*), de dimidia huba I modium frumenti *(sc. dabit).* 8,689 -a habet terciam partem hube. *ibid. al.*

[2. fabra *v.* faber.] **[3. fabra** *v.* favea.]

fabre *adv.* *script.* -rae: *l.29.* *artificiose, sollerter – kunstfertig, geschickt:* VITA Lamb. Traiect. 23 (MGMer. VI p. 376,3) fideli ... conposuerunt lectum et ⌊-e artem⌋ (-e arte, fabri arte, fabrili arte *sim. var. l.*) ordinaverunt illud. WALAHFR. imag. Tetr. 222 -e primum qui *(Beseleel)* percipit omne artificum ... opus *(spectat ad Vulg. exod. 36,1).* CARM. didasc. 405 quidam ... opifex erarius ... ere -e (fabri *var. l.*) fuso taurum limaverat. *al.*

fabrefacio, -feci, -ere *et pass.* **fabrefio,** -factus sum, -fieri. *script.:* -ref-: RUD. FULD. Leob. 5. -rof-: *l. 31.* *metr.* -rĕf-: *l.36. adde* WALTHARIUS 1372.

1 *summa arte, sollerter conficere, excudere – kunstvoll anfertigen, schmieden (iron. de coquendo: l. 33):* **a** *proprie:* ALDH. virg. I 21 p. 251,9 qui *(Daniel)* ... statuam quaterno metallorum genere -tam (fabrae factam, fabrę factam *var. l.*) ... exponit percussam *(spectat ad Vulg. Dan. 2,31sqq.).* CHRON. Cas. 7 Constantinopolitano deaurate -ofacte vasa opere *(sc. Siconolfus abstulit).* PETR. DAM. epist. 132 p. 446,8 placentae examussim -tae tepescentibus ... cineribus excoquuntur *(sc. in plerisque monasteriis).* METELL. exp. Hieros. 5,489 inter que *(dona)* puro fuit arcus ductilis auro telis huic aptis etiam pulchre -tis. COD. Lauresh. 164 p. 448,23 calices honestę et formę et ponderis -fieri iussit *abbas. al. v. et l.60.* **b** *alleg.:* RUP. TUIT. off. 2,738 ecclesia Romana ... quoddam velut ex auro lapidibusque pretiosis religiosi officii sancto sacrificio -fecit diadema (*sim.* GERHOH. Sim. p. 255,44). GERHOH. Antichr. 2,23 p. 238,31 qui *(angeli)* veri amici sponsi animae illi sanctae has *(spectat ad Vulg. cant. 1,10)* quasi murenulas -bant. **2** *exornare, distinguere – ausschmücken, ausgestalten:* RUP. TUIT. trin. 23,1869 qui *(Christus)* cum Patre Deo solis ac lunae stellarumque opere vario caelum -fecit. **3** *aedificare – (er)bauen:* STEPH. Wilfr. 22 p. 216,25 domum Domino in honorem beati Andreae apostoli -tam (-tum *var. l.*) fundavit. LAMB. ARD. hist. 28 -fecit *comes* ecclesiam.

***fabrefactorius,** -a, -um. *artificiosus – kunstvoll:* VITA Lamb. Font. 1 (MGMer. V p. 608,21) quod *(aurum)* in ornamentis suis *(sc. Haltberti)* -o opere insitum erat, in baltheo videlicet, zonis atque armillis.

***fabrefactura,** -ae *f.* **1** *opus fabrile, arte confectum – Schmiedearbeit, Kunstwerk:* CHRON. Andag. 87 p. 216,12 qui *(sc. Lambertus)* strenuus cooperator abbatis ... in renovandis et ampliandis edificiis, in vitreis et -is ... adeo coactus est desipere, ut *eqs.* RUP. TUIT. trin. 13,410 totam candelabri ... -am scriptura legentium oculis praesentare laborat *(cf. Vulg. exod. 25,31sqq.).* *in imag. vel alleg.:* RUP. TUIT. trin. 31,1151 pulchrius atque splendidius caelatae atque fabrefactae patent *fenestrae* caelatura virtutum, -a (fabricatura *var. l.*) miraculorum *(cf. Vulg. Ezech. 41,15sqq.).* REIN. LEOD. Wolb. prol. (MGScript. XX p. 565[a]) spectantium ... quodammodo pascit *(sc. qui loquitur verbum in tempore suo, cf. Vulg. prov. 25,11)* oculos, si argentea cuiuslibet lecti -a malis adornetur aureis. **2** *aedificatio – Bau, Errichtung:* LAUR. LEOD. gest. 32 p. 513,3 hae omnes *(sc. abbatiae)* adhuc sub -a positae cotidie rebus et numero servorum Dei accrescunt.

fabrica, -ae *f.* *script.* frabi-: CHRON. Salern. 73 *(cf. Stotz, Handb. 3,VII § 294.1).* **I** *de loco:* **A** *officina (fabri ferrarii, aerarii) – Werkstatt, Schmiede, Gießerei:* LEX Baiuv. 9,2 si in ecclesia vel infra curtem ducis vel ⌊in -a⌋ (infra basilica, in

fabrino, infra brica *var. l., cf. notam ed.*) vel in mulino aliquid furaverit. THEOPH. sched. 3,1capit. de constructione -ae. CHART. Gosl. I 301 p. 324,3 Hermannus *(sc. possidet)* -am solventem V solidos. p. 324,14 -am argentariam. ACTA civ. Wism. A 1021 Henricus gropengetere impignoravit -am suam. CHART. Nuremb. 658 p. 385,4 -a ferri. *saepe. in imag.:* AETHICUS p. 97,4 ut . . . ignis fervens truculenta -a cremaretur cum spiritu, qui *eqs.* **B** *taberna – Bude, Laden:* CHART. Gosl. II 52 (a. 1258) contulimus -am nostram *(cf. notam ed.).*

II *de actione:* **A** *fabricatio, actio excudendi – das Schmieden, Gießen, Anfertigung:* AETHICUS p. 119,9 habet *regio* . . . -am industriorum hominum in arma bellica. URSIO Marc. 2,4 (2) vix conquisito argento -am *(sc. scrinioli)* aggreditur *abbas*. CHART. Hall. 353 p. 324,41 malleacioni denariorum et -e varam apponimus *(sc. archiepiscopus)* subsequentem: *eqs.* **B** *aedificatio, tuitio – das Erbauen, Errichtung, Instandhaltung:* NOTKER. BALB. gest. 1,28 ad cuius *(basilicae)* -am de omnibus . . . regionibus magistros et opifices . . . advocavit. RAHEW. gest. 4,12 p. 247,26 quae *(pacta)* fuere huiusmodi: . . . a muri, quem orsi fuerant *Ianuenses*, -a cessare. CHART. Merseb. 217 p. 174,40 qui *(marchio et heredes)* . . . ecclesie -am propriis exigere sumptibus . . . tenebantur. *al.* **C** *creatio – Erschaffung, Schöpfungsakt:* WETT. Gall. 25 p. 270,15 origo -ae caeli et terrae ac expulsio primi terrigenae . . . rimabantur. HERM. CARINTH. essent. 1 p. 90,9 necessaria fuit huiusmodi *(sc. creaturae)* -e eiusdem diversique propositio. GERHOH. Antichr. 2,23capit. in -a visibilis et invisibilis creaturae. *al.* **D** *machinatio – List, listiger Plan:* LAND. MEDIOL. hist. cont. 35 p. 35,17 per hec *(sc. magistri)* . . . verba . . . Yordanus eiusque -a michi suspectus . . . fuit.

III *de opere fabricato:* **A** *opus (arte confectum) – (Kunst-)Werk:* **1** *in univ.:* ERMENR. ad Grim. 24 p. 562,15 Iunonem in sella, quam ipse fabricavit, gaudentem . . . pro ipsius -a matrem agnovit *Vulcanus*. WALTHARIUS 965 nisi duratis Wielandia -a giris obstaret *eqs.* CATAL. thes. Germ. 74,60 aquila deaurata stans super -a in modum pomi argentea. *al.* **2** *de creatura:* MIRAC. Genes. Hieros. 14 p. 17,17 rerum <conditor> -am iuris sui clementer aspectans . . . sanitati restituit (*sim.* THEOD. TREV. mirac. Celsi 6 dominici iuris). WANDALB. creat. mund. 215 alter tu *(sc. homo)* . . . vocaris . . . mundus, haec *(sc. mundi)* cui -a cedit. ERMENR. ad Grim. 12 p. 547,22 potens est *(sc. spiritus sanctus artifex)* ad -am suam adicere, quod vult, et inde auferre, ubi vult. *al. de Christo:* ALBERT. M. sent. 3,3,18 p. 59a,18 ut . . . tres magni fabri mundi fabricatores intelligantur in indivisibili opere incarnationis mundum . . . in -a uteri virginalis reparasse. **B** *aedificium, aedes, constructio – Bau(werk), Gebäude, Gebilde, Konstruktion:* **1** *in univ.:* **a** *proprie:* LEG. Burgund. Rom. 17,6 ut inter privatorum -as decem pedes . . . dimittantur. COMPOS. Luc. fragm. 2 si -a in aqua necesse fuerit erigere. EBERW. Symeon. 16 sensit totam -am . . . turris fundo tenus concuti. HELM. chron. 93 p. 182,32 a die . . ., qua erecta est haec *(sc. machinae)* -a, nemo Slavorum ausus est proferre caput. *saepe.* **b** *in imag., per compar., translate:* FORM. Augiens. C 4 vos *(sc. fratrem)* . . . ut sapiens architectus fundamenta prius ponere hac *(sic)* deinde -am in altum ex diversis lapidibus attolli. BEBO ad Heinr. II. 1 p. 491,3 columnae, quibus -a regni constabat, . . . ceciderunt. ALBERT. M. animal. 1,120 super quae *(spondilia)* consistit -a corporis. *saepius. expressius i. q. structura mendaciorum – Lügengebäude:* EPIST. Ratisb. app. 5 p. 378,24 ad quorum *(illiteratorum)* seductionem hęc -a *(sc. laicum in synodo accusari non posse)* structa est. **2** *ecclesia, capella, monumentum – Kirche, (Grab-)Kapelle, Grabmal:* HRABAN. martyr. Ian. l. 274 multas -as per cymiteria fieri praecepit *episcopus*. Iun. l. 182 cui *(Avito)* dignam -am . . . promisit construendam *vir Turiensis*. CHART. Lux. II 277 p. 297,35 -am . . . in honore beate Virginis dedicandam. CHART. Friburg. 303 qui *(omnes)* . . . -am fratrum Saccitorum . . . consecratam . . . in die dedicationis accesserint *eqs.* **3** *decus ad aedificium pertinens – baulicher Schmuck:* CONR. BRUNW. Wolfh. 19 p. 86,31 in varios ornatus picturę vel -ę seu etiam musivi operis decore . . . se status extulit . . . ecclesię. VITA Vicel. 247 iste *(praepositus)* domum Domini -a perfecit in omni. **4** *structura, compositio – Mach-, Bauart, Beschaffenheit:* HERBORD. Ott. 1,22 destructo veteri sancto Michaheli maioris -e monasterium novum construxit. 1,26 basilicas et . . . cenacula elegantis -e construxit. **C** *argumentum – Stoff:* AETHICUS p. 88,11 multa enucleatim -am inenarrabilem texere ait.

IV *de re i. q. bona ad aedificationem et tuitionem destinata – Bau-, Fabrikgut, zu Bau und Instandhaltung bestimmtes Vermögen:* **A** *spectat ad ecclesiam (saepe in iunctura* -a [-ae] ecclesiae *['Kirchenfabrik']; de re v. Plöchl, Kirchenrecht. 2II. p. 423)*: LIBER diurn. 74 p. 76,8 quartas *(sc. partes)* . . . clericis vel -is portionem me . . . spondeo *(sc. episcopus)* prestaturum. TRAD. Frising. 248 invenerunt *episcopi et abbates* IIII portiones fieri, . . . quartam -is ecclesiae. CHART. Basil. C I 410 p. 305,9 procuratores -e (*sim.* CHART. Argent. I 550 p. 418,21 rectoribus. p. 459,23 iudex. INSCR. Germ. II 23 magistris). CHART. Francof. 290 p. 144,24 ne aliquid . . . recipiat *plebanus* ad usus suos ultra id, quod -e solet dari. *saepe.* annus -ae *i. q. reditus annualis ad aedificationem et tuitionem destinatus – für Bau und Instandhaltung bestimmtes Jahreseinkommen, 'Fabrikjahr' (de re v. Feine, Rechtsgesch. p. 333):* CHART. episc. Wirz. I 312 p. 350,2 (a. 1250) in observacione anni gratie et anni -e consuetudo servetur, que *eqs.* **B** *spectat ad civitatem:* CHART. Worm. 126 p. 98,9 (a. 1120) quos *(ioculatores)* si quis burgensium . . . admiserit, XXX solidos dabit ad -am civitatis (*sim.* p. 98,20). CONST. imp. II 428,3,1 statuimus . . . sub pena decem marcarum . . . ad -am cuiusque civitatis, ubi hoc infringetur, videlicet quod *eqs.*

fabricabilis, -e. **1** *ad excudendum aptus – zum Schmieden geeignet:* ALBERT. M. meteor. 3,3,20 p. 172,5 mineralia . . ., quae cadunt *(sc. de nube)*, adeo sunt exsiccata, quod nec liquescunt nec -a sunt, sed, cum in ignem ponuntur, evaporant in cineres. **2** *ad aedificandum destinatus – zum Bauen bestimmt, Bau-:* CHART. Francof. 217 p. 105,7 (a. 1257) cum . . . ligna -a . . . ad reparationem pontis . . . fuerint . . . deputata.

fabricalis, -e. *qui fabri est, fabrilis – Schmiede-:* ACTA civ. Rost. B 4,74 p. 91 unum instrumentum integrum -e. C 1,255 p. 126 incudem -em. ACTA civ. Kil. 681 faber inpignoravit domum suam -em.

fabricatio, -onis *f.* **1** *de actione:* **a** *actio excudendi, fabricandi – das Schmieden, Anfertigung:* WALAHFR. exord. 8 p. 483,11 populus Israel . . . vitulorum -e (-em *var. l.*) Deum offenderant. MATTH. PLATEAR. (?) gloss. p. 382G est . . . batitura aeris quoddam, quod evolat per motum -is, dum aes fabricatur. ALBERT. M. metaph. 9,4,3 p. 425,21 fabricatoris, cuius opus est fabricatum, actus dicitur -o. *al.* **b** *constructio – das Erbauen:* HRABAN. hom. II 13 p. 165C -o arcae de lignis levigatis constructionem signat ecclesiae. **c** *aedificatio et tuitio – Bau und Instandhaltung (de re v. l.10)*: FOLCUIN. Bert. 2,90 p. 165,10 ad luminaria et -em et tecturam et emendationem ecclesiae *eqs.* ACERB. MOR. hist. p. 173,6 obtulit . . . imperator ad -em ecclesiae triginta libras denariorum. **d** *machinatio callida – listiger, schlauer Plan:* VINC. PRAG. annal. a. 1157 p. 666,33 hac -e inter se sepulta . . . ad propria redeunt *(sc. dux et imperator).* **2** *de opere fabricato (in imag.: l.58):* **a** *opus (arte confectum) – (Kunst-)Werk:* HEINR. AUGUST. planct. 751 preco Dei foris est -o mundi. HILDEG. vit. mer. 5,756 que *(opera sancta)* cum bonis virtutibus deargentate et que in -e virtutum velut elegantes forme apparent. **b** *structura, compositio – Machart, Beschaffenheit:* AMALAR. off. 4,17,4 valet . . . ad opusculum huiusce -is, si consideremus *eqs.*

***fabricativus,** -a, -um. *fabricatorius – zum Herstellen, Schmieden gehörig:* ALBERT. M. metaph. 5,1,6 p. 221,30 si . . . militaris esse debeat, necessaria est ea *(sc. ars)*, quae est -a armorum.

fabricator, -oris *m.* **1** *proprie:* **a** *faber (ferrarius) – Schmied:* TRAD. Patav. 1322 (a. 1220/40) gladiorum. CHART. Rhen. med. III 1477 cultellorum (ACTA civ. Rost. B 2,64 p. 68). *v. et l.45.* **b** *structor, machio – Bauarbeiter, Maurer:* REGISTR. abb. Werd. 3,44 p. 133,13 (s. XI.) duo *(sc. villici)* I stenbikil debent nutrire per totum annum; unusquisque -em unum debet nutrire ad VI ebdomadas. ACTA imp. Winkelm. I 1005 p.

772,7 quod *(servitium)* tenentur in castro . . . facere . . . magistri carpentarii et -es de Monte. 1006 p. 781,16 duos -es in arte peritos. **c** *architectus – Baumeister, Architekt (in imag.: l.5):* Amalar. ad Hild. 29 fabricata domus *(i. homo interior)* merito possidetur a -e. Hildeg. epist. 270R,20 -r, qui fundamenta sua non recte ponit, instrumenta sua deicit. **d** *aedificator, conditor – Erbauer, Gründer:* Vita Virg. Salisb. I 6 cuius *(monasterii)* ipse XII annis -r et in tertio decimo consecrator extiterat. Fund. Baumb. (MGScript. XV p. 1064,25) consecrata est . . . ecclesia . . . sub . . . Gotteschalco, eiusdem ecclesie -e et preposito. Chart. Babenb. 179 p. 241,26 quem *(Gerhardum capellanum)* pro edificatore et -e et secundo fundatore . . . deputavimus. *al.* **e** *creator – Schöpfer, Erschaffer:* Hugeb. Willib. 1 p. 88,26 Deus, mundi -r, caeli terreque limator. Rhythm. 57,21,1 Christe, rerum -or et redemptor omnium. Carm. Bur. 50,15,4 celi. *al. v. et p.5,44.* **2** *translate i. q. auctor, commentor – Urheber, Verfasser, Erfinder:* Walahfr. subvers. Hieros. p. 971A qui *(sacerdotes)* debuerant esse observatores legis et -es. Hincm. divort. 6 p. 154,18 mendacii. Gerhoh. aedif. 35 (96) p. 179,35 peccatum principis . . . redundat in episcopos mundanorum consiliorum -es. Chart. Eichsf. 401 p. 239,27 iniquarum actionum contra abbatem suum et conventum -es . . . excommunicentur. Heinr. Trev. gest. 44 p. 438,47 litterarum. *al.*

fabricatorius, -a, -um. *fabrilis – Schmiede-:* Chart. scrin. Col. A II 1 p. 316,45 (a. 1205/14) domum. Menko chron. 52 p. 420,6 diversas artes mechanicas addidicit *Fredericus*, velut . . . -am in auro et omni genere metallorum.

fabricatrix, -icis *f.* *creatrix – Erschafferin (usu adi.):* Albert. M. veget. 5,7 oportet immitti in semen . . . virtutem, quae -x et formatrix vocatur, quae fabricando sibi facit organa.

***fabricatura,** -ae *f.* *form.* -ria: *l.36.* **1** *opus, ornamentum fabrile, arte confectum – geschmiedeter (Kunst-, Schmuck-)-Gegenstand, Schmiedearbeit (in imag.: p.4,61):* Form. Andec. 40 cedo . . . vestimentum tantum, -as in soledus tantus *eqs.* Form. Senon. I 25 de -ia (-ias *cod.*) . . . auro, argento in solidos tantos. Chart. Fuld. B 154 p. 230,8 -as altaris. Vita Emm. 35 p. 80,16 ex auro et argento . . . sepulchrum adornare -a coeperunt *principes (cf. l.66).* Rup. Tuit. volunt. 8 (PL 170,442C) -a vel pictura nullo modo idem esse potest, quod est faber aut pictor. *al.* *de nummo:* Chart. Rhen. inf. II 452 p. 251,18 (a. 1258) -a alterius nummismatis non debet esse dativa in Colonia. **2** *aedificium – Gebäude:* Gesta Trud. cont. II 3,6 p. 347,3 decentior priore . . . totius monasterii egregie consummata est -a. **3** *structura (artificiosa) – (kunstvolle) Machart:* Gesta Ern. duc. II p. 291,7 duos arcus mirifice -e et fortitudinis ferentes *(sc. duces).*

***fabricinium,** -i *n.* *(?*faber *et* -cinium, *cf. Stotz, Handb. 2,VI § 62)* *opus, ornamentum fabrile – geschmiedeter (Kunst-)Gegenstand:* Capit. reg. Franc. 273,23 p. 320,11 si quis inventus fuerit . . . aurum vel argentum vel quodcumque -um ex auro vel argento mixtum ad vendendum . . . portare. p. 320,18 -um ex auro vel argento portare ad fabrum, ut purgetur.

[fabricito *v.* febricito.**]**

fabricius, -a, -um. *qui fabri est, fabrilis – Schmiede-:* Chart. Walkenr. 29 p. 78,24 (a. 1187) artis -e frequenti incudis malleatione . . . summam quandam super se contraxerat *Swickerus* pecunie.

fabrico, -avi, -atum, -are *vel* **fabricor,** -atus sum, -ari. *medial.: p.8,19.* *partic.: perf. usu adi.: p.8,60.* *praes. usu subst.:* Mappae Clavic. 274 *(ex Pallad. 1,10,1).*

I *de actione efficiendi:* **A** *proprie:* **1** *strictius:* **a** *excudere, conficere, formare – schmieden, anfertigen, herstellen, formen (de animalibus: l.65):* Aldh. ad Acirc. 12,4 ut globulos -ans . . . quiescam *(sc. bombyx).* Arbeo Emm. 35 p. 80,16 ex auro et argento . . . sepulchro superpositam -ti sunt *artifices.* Capit. reg. Franc. 128,2 crucem parvam reliquiarum auro vitroque -tam. Theoph. sched. 3,24 si calicem -are volueris. *al.* *in imag.:* Aldh. virg. II 139 nunc . . . raros decerpant carmina flores, e quis virgineas valeant -are coronas. **b** *aedificare, construere – (er)bauen, errichten, konstruieren:* Willib. Bonif. 6 p. 35,11 duas . . . ecclesias Domino -vit. Carm. de Germ. 3,2,2 (MGPoet. IV p. 133) iacuit in porticu ⌜cripta super -ta⌟ (cripta superfabricata *ed.; i. -ta super crypta*) martyris Vincentii. Otto Frising. gest. 2,21 p. 123,31 machinae diversorumque tormentorum genera -antur. *persaepe.* *in imag.:* Chart. Sil. D II 170 p. 110,1 (a. 1239) a patre meo bona . . . domui hereditarie collata . . . perpetuum memoriale genealogie mee -ando decrevi augmentare. **c** *cudere – prägen:* Dipl. Conr. III. 132 p. 240,8 quam *(sc. propriam)* monetam . . . in castro tuo . . . -ari facies *(sc. Raymundus de Baucio).* Chart. Sil. D II 272 p. 164,3 monetarii . . . de argento ecclesie quatuor marcas -bunt. Herm. Altah. annal. a. 1253 p. 395,44 Otto dux Bawarie novam monetam in Lantshůt -ari iussit. *al.* **d** *creare – (er)schaffen:* Ecbasis capt. 115 cum prorepserunt primis animalia terris, pingue pecus nobis -verat usus. Dipl. Otton. II. 21 p. 29,13 adiutorium coniugale . . . homini costa corpori eius detracta -tus est *Deus* (*sim.* Gloss. Sangall. 44 [ed. B. Bischoff, Anecdota. 1984. p. 46] Evam). Maneg. c. Wolfh. 2 p. 48,10 'cum de' Deo '-ante animam loqueretur' *eqs. (cf. Macr. somn. 1,12,6).* **2** *latius i. q. nasci, crescere – sich bilden, wachsen (usu medial.):* Albert. M. veget. 6,148 in medio *(sc. nucis)* cohaerent partes *(sc. nuclei)*, et super illud medium -atur quaedam substantia acuta. **B** *translate:* **1** *scribere, componere – schreiben, verfassen:* Angilb. carm. 1,21 (MGPoet. IV p. 915) hunc abbas humilis iussit -are libellum Angilbertus. Theod. Trev. mirac. Celsi 15 p. 410A nuper in diebus quadragesimae tantillum *(sc. aliqua de miraculis)* studui -are. Chart. Bern. II 301 p. 328,9 scripta digna memorie in luce potius quam in tenebris sunt -anda (*sim.* Chart. Bund. 962 p. 392,9). **2** *comminisci, fingere – sich ausdenken, fälschen:* Petr. Dam. epist. 31 p. 304,3 quis istos *(sc. apocryphos)* canones -vit? **3** *efficere, inducere – zustande bringen, verursachen:* Otto Frising. gest. 2,28 p. 133,17 cuiusmodi hominum *(sc. novitatis cupidorum)* ingenia ad -andas hereses scismatumque perturbationes sunt prona (*sim.* Chron. Albr. a. 1159 generale scisma). Vinc. Prag. annal. a. 1164 p. 682,16 mittuntur nuncii pacem -antes. Chart. Bund. 1270 oportet, ut hanc *(sc. donationem)* mansuetudo -et et boni exsecucio actus penitus consequatur.

II *de actione perficiendi, conformandi:* **A** *arte fabrica tractare, retractare – be-, ver-, umarbeiten:* Trad. Scheftl. 14 p. 22,25 (a. 801/13) dedit mihi . . . in auro -to duos oringos (*cf.* 15 duos oringos aureos). Metell. exp. Hieros. 5,265 tali ferrate sunt arte trabes -tę, ut *eqs.* Chart. Gosl. I 401 p. 411,31 nullus burgensium de aliqua substantia sua extra civitatem deducenda theloneum dabit nisi tantum de cupro non-fabricato (*cf.* 401a van unghewarchtene coppere). Chart. Rhen. med. II app. 15 p. 400,6 argentum . . . in denarios -bunt *magister et discipuli monetae. al.* **B** *includere, complecti – (ein)fassen:* Wolfhard. Waldb. 1,16 p. 176,4 quam *(sc. cruris)* . . . Liubila partem assumens argento -are precepit. p. 176,7 partem feminei corporis . . . -tam. **C** *ornare – verzieren, schmücken (spectat ad hominem: l.52):* Vita Gertr. A 1 p. 454,31 interrogata . . ., si illum puerum *(sc. filium ducis)* auro -tum, siricis indutum voluisset habere sponsum . . ., respuit illum. Catal. thes. Germ. 55,8 Augustini de (sancta) trinitate cum auro -tus *(sc. liber).* 74,53 rota cum tintinnabulis -ta. **D** *emendare, meliorare – aus-, verbessern:* Ps. Hippocr. progn. B praef. p. 89,5 precepit *Caesar* ipsum *(sc. sepulcrum)* renovari et -ari (novum -ari *var. l.*) et corpus eius *(Hippocratis)* . . . sibi deferri. *spectat ad praedium:* Trad. Patav. 75 (a. 818/38) ut . . . postea . . . emelioratum atque -tum ad sancto Stephano rediret *(sc. territorium cum casa eqs.).*

subst. **fabricatum,** -i *n.* **1** *opus fabrile – Schmiedearbeit: p. 6,46.* **2** *constructio, aedificium – Konstruktion, Bauwerk:* Hugeb. Willib. 4 p. 93,23 ibi *(sc. Mileti)* sedebant duo solitarii in stulice, id est -um atque firmatum cum mura magna de lapideis.

***fabriferrarius,** -i *m.* *faber ferrarius – (Huf-)Schmied:* Conr. Mur. summ. p. 37,17 aurifaber, argentifaber, cuprifaber, ferrifaber seu -us.

***fabrifico,** -atum, -are. *scalpere – eingravieren:* Annal. Disib. a. 1160 p. 29,50 imago *(sc. crucis erat)* aurea, ut dicit versus in eadem -tus: '*eqs.*

fabrilis, -e. **1** *qui fabri est, ad fabrum pertinet – Handwerker-, Schmiede- (ellipt. vel usu subst. de instrumento: l.7; de arte: l.10; ?de hominibus: l.12):* **a** *in univ.:* BALTH. Fridol. 13 p. 238,10 vas lapideum vitrei coloris auro gemmisque -i arte . . . ornatum. THANGM. Bernw. 1 p. 758,44 -i . . . scientia et arte clusoria . . . excelluit. THEOPH. sched. 3,3 fornaces. ACTA civ. Wism. A 868 dedit *Rederus faber* . . . privigno sua -ia. ALBERT. M. caus. univ. 2,3,7 p. 145,83 architectonica *(sc. ars)* considerat materiam et ea, quae circa materiam sunt, usualis autem finem, sicut in -i et militaria se habet. *al. fort. huc spectat:* REIN. LEOD. annal. a. 1213 p. 670,39 terra nigra carbonum simillima, que fabris et -bus et pauperibus ad ignem faciendum est utilissima. **b** *in malam partem i. q. rudis, rusticus – roh, tölpelhaft:* RATHER. quadrag. II 33,605 nec legendo discere . . . curasti, . . . quae manus, qui pedes *(sc. Dei sint)*; sed omnia haec -i revolvens insipientissime cogitatu dixisti: '*eqs.*' **2** *fabri arte (sollerter) confectus – (kunstvoll) angefertigt, geschmiedet:* VITA Lamb. Traiect. 27 (MGMer. VI p. 382,21 [pars codd.]) suscipientes . . . membra . . . theca deaurata, -i compage contexta, subtus aram collocaverant *(sc. obviantes)*. EUPOLEMIUS 1,550 Frigios muscho modulos cecinisse *(sc. Iudaeos)* -i *(cf. notam ed.)*. ORTL. chron. 2,2 p. 110,5 quae *(reliquiae)* in aliquo -i opere conditae sunt. *al.* **3** *artificiosus, sollers – kunstfertig, künstlerisch, geschickt:* WALTH. SPIR. Christoph. II 3,163 fana . . . -i conflata manu. THEOPH. sched. 2,28 quae *(sc. cruces, ornamenta sim.)* cum pinxeris opere -i, dispone loca, in quibus lapides ponere volueris. **4** *qui ad aedificandum pertinet, ad aedificandum destinatus – Bau-, zum Bauen bestimmt:* CAPIT. reg. Franc. 293,80 dies . . . paschalis festivitatis omnibus christianis feriatos esse decernimus ab omni opere rurali, -i, carpentario *eqs.* CHART. Rhen. med. I 287 p. 339,32 nonum *feodum*, quod pertinet ad -e opus, persolvet XII denarios. CHART. Steinf. 132 ligna -ia, vulgo dicta zimberholz. **5** *cusus, qui cusionis est – geprägt, Präge- (usu subst. de nummis: l.36):* PETR. DAM. epist. 40 p. 402,16 quantum ad fidem integri sunt, quantum vero ad monetae -ia symoniacae dampnationis laqueis innectuntur *simoniaci*. CHART. Lips. I 8 opus -e monetae, quod grube vulgariter appellatur, . . . nostris burgensibus contulimus.

***fabrinus,** -a, -um. **1** *adi. i. q. fabrilis – Schmiede-:* EUGEN. VULG. syll. 32,2,2 quis prior ille piator, qui cusor in arte -a variavit in igne figuras? **2** *subst. neutr. i. q. fabrica – Schmiede: p.5,1.*

fabrio, -ivi, -itum, -ire. **1** *excudere, fabricare – schmieden, anfertigen:* ERMOLD. Ludow. 4,257 Pyrillus . . . aere . . . taurum . . . -vit. 4,448 cultros inde *(sc. ferro)* -ire iube *(sc. Herold)*. **2** *arte fabrica tractare – be-, verarbeiten:* ERMOLD. Ludow. 4,445 fer *(sc. Herold)* . . . -ta focis auri argentique metalla.

***fabrissa,** -ae *f. vidua, uxor fabri – Schmiedin, Witwe, Frau eines Schmiedes:* CHART. Austr. sup. II 136 p. 139,14 (a. 1247) Siboto, gener -e. NECROL. III Feb. 4 p. 371 obiit Wilbirch, soror nostra -a. TRAD. Pruf. 295 filii Alhaidis -e *eqs.*

fabrofacio *v.* fabrefacio.

fabula (favula, favola, fabola), -ae *f. in tmesi: p.10,27.* **I** *de sermone:* **A** *colloquium – Gespräch, Unterhaltung:* **1** *in bonam vel neutram partem:* EPIST. Merov. 15 p. 458,36 ubi . . . videris *(sc. rex)* sapientem hominem, . . . -as diversas cum illo habeas. p. 458,41 quando tu . . . cum tuis ministerialibus bonas -as habueris. TRANSL. Athan. Neap. 18 cum . . . alternis haec *(sc. candelabrum non extingui)* -is dicerent *omnes*. **2** *in malam partem c. sensu vaniloquii:* PIRMIN. (?) scar. 28b p. 68,4 ibi *(sc. in ecclesia)* . . . -olas (-as *var. l.*) ociosas ex ore suo non proferat *(sc. frater)*. CONC. Karol. A 39,137 p. 414,24 ne hi, qui discere debent, . . . supervacuis -is instent. RUD. FULD. Leob. 7 nec iungi passa est inanibus iuvencularum -is. *al.* **B** *locutio, dictio – das Aussprechen, Vortrag:* HUGEB. Willib. 5 p. 104,26 finitis oraculorum -is pergebat inde *(sc. Roma)* Willibaldus.

II *de re narrata:* **A** *narratio, argumentum, traditio – Erzählung, (überlieferte) Geschichte:* **1** *in univ.:* ADAM gest. 1,49 -a grandis de Adelino et Widgero, qui *eqs.* EPIST. Hann. 3 p. 20,14 quod solatii gratia clamantes tibi . . . surdo -am nos narrare experimur. NOTULAE Wilh. Cong. 1295 hec iocosa ideo intersero, quia . . . -e sue *(sc. Wilhelmi)* etiam aliquid auctoritatis habent. *al.* **2** *narratio ficta, commentum, mythos – erfundene, unwahre Geschichte, Mythos, Märchen, Sage:* **a** *in bonam vel neutram partem:* FORM. Augiens. C 4 p. 366,14 vestri . . . arbitrii omnia ordinanda sanctimus, quod . . . de gentilium -is didicenda sint. OTTO FRISING. chron. 1,21 p. 55,3 quam hystoriam *(sc. Minotauri)* . . . in -is notissimam . . . prosequi non oportet. ALBERT. M. metaph. 11,2,29 p. 519,74 -a . . . aliquid philosophiae est, et ex miris, ex quibus philosophari inceptum est, contexit philosophiam. *al.* **b** *in malam partem praevalente notione levitatis vel mendacii:* PASS. Afrae I 3 iudex dixit: 'haec *(sc. remissio peccatorum)* -ae sunt, magis sacrifica!' RADBERT. corp. Dom. prol. ad Warin. 57 ne putes me tibi, fili, -am de Maronis salsura contexere. ADAM gest. 3,62 p. 207,27 a veritate . . . auditum avertens ad -as et somnia conversus est *episcopus*. HERM. IUD. conv. 9 p. 97,13 -as aniles. *saepe. de narratione dramatica:* HIST. peregr. p. 123,24 vestrum *(sc. militum)* . . . auditum mimus aliquis seu -a theatralis demulcendo alliceret. **3** *apologus – (Tier-)Fabel:* CHRON. Fred. 2,57 p. 81,17 laetus dies huius prandii sit, iocundemur in -olis: cum esset leo fortissimus bistiarum *eqs.* 4,38 p. 139,14 rustica -a dicetur, lopus ascendisset in montem *eqs. al.* CONR. HIRS. dial. 399 Hesopi -ae. **4** *exemplum – Beispiel:* WALAHFR. carm. 40tit. -a admonitoria ad quendam. **5** *carmen – Gedicht:* CARM. libr. II 22,10 explicit fabu- de libro -la. **B** *fama, rumor – Gerede, Gerücht:* **1** *strictius:* EPIST. Desid. Cad. 2,17,4 dum -a currente a plures et fidelibus nostris cognovimus *(sc. rex)*, quasi *eqs.* HINCM. divort. 15 p. 206,11 turpe est -as nobis notas referre. CARM. Bur. 120,2,2 nulla notavit te turpis -a, dum nos ligavit amoris copula. **2** *latius de homine fama celebrato ('Gegenstand des Geredes, Gerüchts'; de mortuo i. q. nomen – Name: l.38):* PURCH. Witig. 474 capitis cum culmine privor tanti *(sc. Witigonis)*, continuo vulgaris -a fio *(sc. Augia)*. VITA Heinr. IV. 9 p. 30,25 revocavit . . . obtestans eum *(filium)*, . . . ne se -am mundo faceret. WARN. paracl. 619 preclarus mas est hodie, qui -a cras est. CHRON. Mont. Ser. a. 1218 pane deficiente incenati manentes omnium vicinorum suorum -a sunt effecti *fratres. al.*

III *de pacto i. q. conventum, constitutum – Vereinbarung, Absprache:* **A** *in univ.:* EDICT. Roth. 144 postquam in -a (-ola, -am *var. l.*) firma de mercedis pro suo lucro suscipit *magister eqs. v. et l.46. meton. de summa constituta:* EDICT. Roth. 346 ut damnum . . . conponatur aut -a (-vola, -bola, -am, secundum -am *var. l.*), quae inter vicinus est. **B** *de sponsalibus:* EDICT. Roth. 178 si . . . post sponsalias factas et -ola (-a, -vula, -am, -olas, -as *var. l.*) firmata duo annus sponsus neclexerit eam *(puellam)* tollere. 179 accipiat eam spunsam spunsus, sicut in priori -ola (-a *var. l.*) stetisset *eqs.*

***fabulamentum,** -i *n. fabula, commentum – erfundene Geschichte, Märchen:* ALBERT. M. eth. II 1,5,7 p. 67b,1 -a poetarum dicunt, quod Tithonus . . . in cicadam mutatus est.

fabularis, -e. **1** *adi. i. qui e fabula notus est, fabulosus – aus einer Fabel bekannt, der Fabel zugehörig:* RATHER. oct. pasch. 3,95 ego illum *(fluvium malignae operationis)* turbare agni illius exemplo -is accusor: *eqs.* HUGO TRIMB. sols. epil. 72 numquam . . . satis est tutum iudicare de rebus incognitis; unde -e vel apocryphum exemplum caute predicetur: *eqs.* **2** *subst. neutr. plur. i. q. fabulae, mythi – Mythen, Märchen:* ALBERT. M. metaph. 2,1,11 p. 102,66 'in' . . . legibus '-a (*p. 995a,4* τὰ μυθώδη) et puerilia' quaedam de poenis et praemiis conficta 'magis quidem valent' . . ., quam vera 'cognitio'.

adv. ***fabulariter.** *modo fabularum – nach der Art von Mythen, Märchen:* ALBERT. M. metaph. 13,2,1 p. 592,53 hoc *(sc. omnia permixta esse ex permixtione principatuum suorum)* dicunt 'non -r' (*p. 1091b,9* μυθικῶς) dici, sed expressa veritate sine tegumento fabularum.

fabularius, -a, -um. **1** *adi. i. q. fabulosus, vanus – der Fabel zugehörig, eitel:* EPIST. Ratisb. 20 p. 343,1 quia . . . de periculo animę agitur, non -is verbis, . . . sed magna fiducia . . . agendum est. **2** *subst. masc. i. q. liber fabularum – Fabel-*

buch: CATAL. biblioth. A I 10 p. 32,30 (a. 1142/78) -us. A IV 1,39,87 -us. HUGO TRIMB. registr. 623 minor -us hic interseratur *eqs. al.*

fabulatio (-cio), -onis *f.* **1** *colloquium – Gespräch:* **a** *in univ.:* WOLFHARD. Waldb. 2,11 p. 240,13 dum domos proprias laeta altrinsecus -e adire . . . voluissent *(sc. fures).* **b** *vaniloquium, fama – (eitles) Gerede, Geschwätz, Gerücht (fere usu plur.):* BEDA hist. eccl. 4,23 p. 265,15 domunculae, quae ad orandum . . . factae erant, nunc in comessationum, potationum, -um . . . sunt . . . cubilia conversae. ELIS. SCHON. viar. 14 p. 111,10 dixi: 'que sunt, per que excedunt *virgines* a se ipsis?' qui *(Dominus)* ait: 'hec sunt ociositas et -o'. HILDEG. Disib. 52 plurimae . . . stultae -es de omnibus praedictis causis . . . in populo discurrunt. *al.* *in imag.:* PETR. DAM. Rom. 9 p. 31,4 dicebat . . . melius esse, si possibile sit, unum psalmum ex corde et cum compunctione cantare, quam centum cum mentis -e percurrere. **2** *oratio – Gebet:* LIBELL. prec. Paris. 2,4 p. 31,25 aput te sit -cio mea, Domine (*cf. Libell. prec. [PL 101,1398^{D}]* tecum sit -o mea; *fort. spectat ad Vulg. psalm. 21,26* apud te laus mea). **3** *fabula, traditio – Erzählung, (überlieferte) Geschichte:* FRUTOLF. chron. p. 130,35 quomodo illud ratum teneatur, quod non solum vulgari -e et cantilenarum modulatione usitatur, verum etiam in quibusdam cronicis annotatur, scilicet *eqs.* **4** *epistula, charta – Brief, Urkunde (meton. de vindiciis charta statutis: l. 26):* TRAD. Frising. 421 (a. 819) interrogavit *episcopus* . . . presbiterum . . . , si quis ullam -em aut etiam dominatione in hac oratorio . . . habere *(sic).* FORM. Salisb. I 59 nobis bonitas promisit vestra presenti -e (-em *a. corr. cod.*) medicum unum praestare.

fabulator, -oris *f.* *c. gen. obi.: l. 37.* *metr.* -lăt-: *l. 37.* **1** *narrator fabularum (fictarum), sermocinator – Geschichtenerfinder, Schwätzer:* RATHER. prael. 2,30 l. 925 non . . . aliquid . . . fingere volo, ne non certus disputator, sed ineptus a te *(sc. lectore)* iudicer -r. CARM. Bur. 89,3^{c},5 ecce . . . -es vaniloquii; abominantur opus manuum. *al.* **2** *?inventor – ?Erfinder:* ANON. mus. Sowa (vs.) 2 p. 218,8 tot sunt cantores et cantus -es, quod cantus mores deserit.

fabulor (-bol-), -atus sum, -ari *vel raro* **fabulo,** -are. *c. dat.: l. 41.* **1** *loqui, sermocinari – reden, sich unterhalten:* VITA Wandr. 4 (MGMer. V p. 14,32) cogitavit, ut acciperit eam *(puellam)* et postea ei de conversationis habetum -bolarit (famolarit *var. l.*). HUGEB. Willib. 5 p. 104,10 postquam haec omnia dilectabilis verborum sermocinationibus inter illis -antes volutabant *(sc. pontifex et Willibaldus).* FORM. Sal. Merk. 57 nos insimul -are faciamus et de alia causa, unde nos necessitas est. ANNAL. Altah. a. 1043 p. 32,32 regi Karolingorum -tum obviavit *rex.* **2** *fingere, comminisci – erfinden, sich ausdenken:* WILH. RUBRUQU. itin. 26,10 que *(nationes)* . . . -antur multitudinem deorum . . ., sicut nostri poete faciunt. ALBERT. M. animal. 6,51 '⌞vulgi opinio -atur⌟ (*cf. Avic. animal. 6,1* putant homines) gugulum' maiorem 'aliquando esse asturem'.

fabulositas, -atis *f.* *garrulitas – Geschwätzigkeit:* GERHOH. psalm. 23 p. 419,2 claustra . . . terribilia sunt his, . . . quorum studium -as et vagositas est.

fabulosus, -a, -um. **1** *fabulae proprius, commentus – der Fabel zugehörig, erfunden, erdichtet:* WIPO gest. prol. p. 5,20 -as narrationes honestis rebus et nominibus velatas . . . adinvenerunt *philosophi veteres.* CONR. HIRS. dial. 509 omissis monstris -is divinis intendamus oraculis. OTTO FRISING. gest. 1 prol. p. 12,19 non solum res gestas, sed etiam -as . . . narrando. *al.* **2** *falsiloquax, commenta fingens – lügnerisch, Lügen erfindend:* BERTH. chron. B a. 1077 p. 283,15 plurima . . . in synagogis suis -is ineptiarum et nugarum ludibriosa proferebant *moriones* privilegia.

adv. **fabulose.** **1** *in fabula, narrationibus fictis – in einer Fabel, in Märchen:* RATHER. oct. pasch. 3,143 ne . . . nobis . . . contingat . . . perisse, . . . milvus scilicet ut ranam cum mure -e legitur rapuisse. ALBERT. M. veget. 6,397 -e . . . traditur, quod de ea *(nepeta)* impraegnantur cattae. **2** *modo fabularum – als Märchen, nach der Art von Märchen:* TRANSL. Firmini (MGScript. XV p. 804,6; a. 962/72) quorum *(episcoporum)* actus et miracula . . . -e audita praecipiti . . . minus audemus temeritate describere. NADDA Cyriac. I 15 p. 178,13 ut . . . illa, quę in sanctum Cyriacum -e ficta sunt, prius ponam, dehinc res, quę vera sunt, pandam. ALBERT. M. metaph. 3,2,10 p. 127,37 in ista philosophia 'non est dignum cum studio intendere de' his, quae '-e' (*p. 1000^{a},18* μυθικῶς) sunt 'sophisticata'. *ibid. al.* **3** *fabulas, mythos narrando – durch das Erzählen von Mythen:* ALBERT. M. metaph. 11,2,29$^{capit.}$ quod secundum eos, qui -e (*p. 1074^{b},1* ἐν μύθου σχήματι) loquuntur de caelestibus, numerus motorum accipitur secundum numerum mobilium. *Niederer*

fabum *v.* faba. **fabunius** *v.* favonius. **facca** *v.* vacca.

faccio- *v.* factio-. **faccultas** *v.* facultas.

***facecitas** *v.* *facetitas.

***facella,** -ae *f.* *fax (parva), facula – (kleine) Fackel, Span:* ADDIT. Nivial. (MGMer. IV p. 451,12) corpora cum cereis ac -arum (facularum *var. l.*) luminibus . . . per totam noctem ad monasterium . . . deportata sunt.

faceo *v.* facio.

facesso, -itum, -ere *vel* **facesco**, -ere. *script.* -cis-: *l. 33. form.* -ans: *l. 41.* **1** *trans.:* **a** *facere, agere, exsequi – (eifrig) tun, machen, ausführen:* **α** *in univ.:* ALDH. virg. II 1286 iuvenis patris p r a e c e p t a -sit (carm. eccl. 4,3,9). 2537 dura . . . virtutes bella -sunt (-sant, -sent, -cunt *var. l.*) ingluviem contra vincentem ferrea corda. ERMOLD. Ludow. 3,581 caesar eis *(adversariis)* sapiens, Francorum iura -sant, praecipit. WALAHFR. Mamm. 6,20 iussa -sere (CAND. FULD. Eigil. II 11,20. EKKEH. IV. pict. Mog. 91). **β** *excitare, adducere – bewirken, bereiten (in malam partem):* ALDH. virg. II 2132 threnus, quos mundi fata -sunt (-cunt *a. corr. S*^{2}, fatescunt *G*) letifer et morbus crudeli calce lacessit, Eustochium lacrimis . . . non sensit amaris. **γ** *afficere, affligere – angreifen, beschädigen (c. sensu solvendi sim.):* ANTIDOT. Glasg. p. 115,27 medicina . . . dura -issit. **δ** *tangere, commovere – berühren, bewegen:* EPIST. var. I 40 p. 561,26 ne -situs fascinatione eucharis lingue parasitorum tua abroges ipsa iura. **b** *replere – (er)füllen:* ABBO SANGERM. bell. 2,261 aera voce tonant, luctus sed et ethra -sit (gloss.: replet). *complere – bemannen:* ABBO SANGERM. bell. 2,404 surgit securus uterque ciborum, arma ciunt ripasque legunt pinnasque -sunt (gloss.: replent). **2** *intrans. i. q. cessare, discedere, perire – aufhören, weichen, zugrunde gehen:* WILLIB. Bonif. 6 p. 32,8 -sante (-sente *var. l.*) . . . regum dominio magna . . . comitum multitudo . . . captivata est. GODESC. SAXO conf. p. 55,21 -sat . . . falsitas devicta. PETR. DAM. epist. 15 p. 152,20 -sant . . ., dilectissimi, de oculis vestris lacrimae. AEG. AUR. gest. 3,6 p. 84,37 -cat, o viri, contra vos omnis controversia. *al.*

II *meton.:* **A** *gener.:* **1** *labor – Arbeit:* SALIMB. chron. p. 308,33 quando pulsabatur campanella pro leguminibus vel herbis mundandis, veniebat *frater Iohannes* ad -es conventus et laborabat cum aliis fratribus. **2** *partes, secta – Partei:* WILLIB. Bonif. 8 p. 51,7 turba in duas divisa est -es (fractiones *var. l.*). REGINO chron. a. 866 p. 91,7 agros villasque eorum *(fidelium regis)* suae -is sectatoribus distribuit *Hucbertus rebellans*. LAMB. HERSF. annal. a. 1058 p. 73,17 sedem apostolicam . . . invasit Benedictus quidam . . . adiutus -e popularium, quos pecunia corruperat. *persaepe*. *societas – Gemeinschaft:* BENZO ad Heinr. IV. 7,2 p. 594,9 Prandellus . . . non immemor suę -is cum prenominatis sarabaitis. **3** *pars (exercitus) – (Heeres-)Abteilung:* METELL. exp. Hieros. 2,174 sistit iter visis Boimundi -o Turcis. **B** *iur.:* **1** *ius faciendi – das Recht (etwas) zu machen:* ACTA imp. Böhmer 959 p. 666,10 (a. 1231) ut nec t e s t a m e n t i habeat *fautor haereticorum* -em, nec ad hereditatis successionem accedat (CONST. imp. II 213,4 [*item* 213, 8]). **2** *tributum, vectigal, exactio – Abgabe, Steuer, Leistung:* DIPL. Arnulfi 123 p. 182,2 ut nullus . . . ullas publicas -es aut redibitiones . . . exigere presumat. CHART. Tirol. 713* albergias seu alias facc-es . . . prestare. ALBERT. MIL. temp. 202capit. de coltis et -bus, quos solvebant et faciebant illi de Gonçaga . . . comuni Regii. *al.* **3** *negotium, conventum – Rechtsakt, (Rechts-)Geschäft, Abmachung, Vertrag:* TRAD. Ratisb. 885 (a. 1160) hanc -em literis et sigilli nostri inpressione atestari volui. CHART. Aschaff. 72 p. 214,19 ut . . . hec nostre series -is firmior perseveret. *al.*

factiosus (facci-), -a, -um. *usu subst.: l.49.56. al.* **1** *seditiosus – aufrührerisch:* LEX Alam. 24 (rec. B, cod. 34) de -is. LAMB. HERSF. annal. a. 1076 p. 269,9 ad . . . compescendos homines -os. CONST. imp. II 196,24 quicumque . . . contra nos aut imperium aliquid temptaverit -um (factuosum, facinorosum *var. l.*). *al.* **2** *insidiosus, subdolus – hinterlistig, heimtückisch:* DIPL. Ludow. II. 25 -a et subdola . . . conquestio. BENZO ad Heinr. IV. 6 praef. p. 500,4 Prandellus, facc-issimus monachellus. HEINR. TEG. Quir. II 6 -is omnia licent. *saepe*.

adv. **factiose**. **1** *seditiose – aufrührerisch:* RADBERT. Arsen. 2,7 p. 67,32 thorum occupavit *(sc. dux)* atque -e . . . omnia pervasit. **2** *subdole – heimtückisch:* BERTH. ZWIF. chron. 41 p. 222,16 consilio inique inito, iniquius consumato, ad finem, ut -e dispositum erat, producto.

factitius *v.* facticius.

factito, -avi, -atum, -are. **1** *crebro, solito facere – für gewöhnlich, immer wieder tun, machen, durchführen (pass. i. q. crebro, solito fieri – immer wieder geschehen: l. 70. al.):* VITA Elig. praef. p. 664,11 id *(sc. vitam Eligii scribere)* . . . ante nos -tum (factatum, factum *var. l.*) ab aliquibus eruditissimis comperimus. IOH. NEAP. Sever. 1 dare operam et -are, quod caritas iubet. GERHOH. Antichr. 1,48 p. 356,2 quod *(sc. abusiones potestatis)* iam de plerisque factum est et adhuc -ari non desiit. GERLAC. annal. a. 1182 p. 694,6 archiepiscopus . . . in Boemia manebat, -ans ordines clericorum nec non et conse-

crationes basilicarum. *saepe.* **2** *solito commovere, adducere – für gewöhnlich bewegen, veranlassen (zu):* DROGO Lew. 1,10 (MGScript. XV p. 786,14; a. 1060/70) prospera aura tenorem sui flatus habuit, quod persepe nautas ad aequor invitat et longa maris spatia penetrare -at. **3** *c. gen. pretii i. q. habere, aestimare – schätzen, achten:* BERTH. chron. B a. 1080 p. 376, 9 quod *(sc. excommunicationem)* iuxta solitum ipsi Dei iustitie contumacissimi contemptores nichili -antes.

***factivus,** -a, -um. *usu subst.: l.12. al. faciens, formans, efficiens – herstellend, formend, bildend:* ALBERT. M. sent. 4,16 p. 550b,38 contritio . . . non est dolor, sed potius actus -us doloris in contrito. cael. hier. 15 p. 239,27 '-um' refertur ad operationes mechanicas, quae sunt transmutando materiam, unde dicit *Aristoteles*, quod 'ars est ⌊habitus -us⌋ *(p. 1140a,10* ἕξις . . . ποιητική) cum ratione veri' *eqs.* animal. quaest. 15,20 p. 273,43 a patre sperma descinditur cum virtute -a embryonis . . . et a matre materia. *ibid. persaepe. v. et l.68.*

1. factor, -oris *m. qui facit, conficit, efficit, auctor, formator, creator – Macher, Erzeuger, Hersteller, Urheber, Schöpfer:* **1** *strictius (de artificibus manu operantibus):* EPIST. Bonif. 116 p. 251,28 aliquis de vitri -bus. HROTSV. prim. 278 -es templi Domini. TRAD. Moosb. 172 Pernger -r sellarum. CHART. civ. Halb. 187 -es pilleorum. *persaepe. de Deo creatore (apud haereticos: l.28):* EPIST. Bitur. 2 p. 167,19 laus tibi sit, summe -r praecelsus Olimphus. CANTAT. Argent. 15 p. 19,16 omnium rex atque -r temporum. ALBERT. M. miss. 2,10,1 p. 67b,17 alia . . . secta *(sc. Manichaeorum)* . . . dixit unum quidem esse Deum, sed duos -es *eqs. persaepe. v. et p.36, 17. 47. 50.* **2** *latius (fere de anim.; de rebus v. vol. III. p. 1310,46. al.):* **a** *in bonam vel neutram partem:* **α** *in univ.:* FOLCUIN. Bert. 6 Amalfridus inlustris -r huius traditionis. CONST. imp. II 427,2 -r treugarum. ALBERT. M. animal. 16,101 si . . . masculus -r est animae sensibilis. *al.* miraculorum -r *i. qui mirabilia facit,* θαυματουργός – *Wundertäter:* CALEND. Karol. B p. 1500,7 sancti Gregorii patris nostri, m. -is *(sc. dies natalis est).* THANGM. Bernw. 51 p. 779,38 (chart.) m. -em Helyam. *al.* **β** *qui explet, perficit – einer der erfüllt, verwirklicht, umsetzt:* LIUTG. Greg. 13 p. 78,18 'non auditor obliviosus factus, sed -r operis' (*Vulg. Iac. 1,25)* in lege Dei semper erat. EKKEH. IV. bened. I 13,30 doctor vitarum fuerat *(sc. Gregorius papa)* -rque duarum (gloss.: activę et contemplativę). ACTA imp. Winkelm. I 301 ut simus . . . -es verbi, non tantum modo prolatores. *al.* **b** *in malam partem:* **α** *malefactor, (sceleris) commissor – Übeltäter:* LEX Ribv. 71,1 XXX et VI solidos -e (factus [r]ei, factus eius, ei factus *var. l.*) culpabilis iudicetur. ORD. iud. Dei A 8l p. 614,38 libera *(sc. Deus)* innocentes et consigna -es. CHRON. Sigeb. cont. Aquic. p. 438,32 illos -es quesivit *regina. al. adde:* ANNAL. Fuld. Ratisb. a. 891 p. 120,17 sceleris -es ante oculos habentes *milites.* CHART. Hall. 224,6 p. 209 si . . . -r mali detentus fuerit. *al.* **β** *qui aliquid fingit – Erfinder:* WOLFHARD. Waldb. 4,1 p. 306, 25 me non signorum esse -em (fictorem *ASBoll. Febr. III. 1658. p. 538F*), verum fidelissimum exceptorem.

2. factor *v.* fautor.

***factoria,** -ae *f. (ital.* fattoria; *v. Battaglia, Dizionario. V. p. 736) res familiaris, fiscus, camera – Güter(verwaltung), 'Kammer':* PARIS. annal. a. 1277 (MGScript. XIX p. 17,54) eorum *(sc. qui interfecerunt Mastinum de la Scala)* bona confiscata fuere camerae seu -ae domnorum de la Scala.

factorium (-tur-), -i *n. torcular olei – Öl-Kelter:* ANTIDOT. Glasg. p. 144,24 facis ex eas *(sc. olivis)* oleum sicut est consuetudo in -urio.

factrix, -icis *f. usu attrib.: l.66. al. quae facit, conficit – eine die etwas tut, herstellt:* **1** *strictius (de artificibus manu operantibus):* WALAHFR. carm. 47,10 huius, Christe, manus -es dirige cerei. ALBERT. M. eth. II 1,3,11 p. 44a,15 sub nautoria . . . est illa *(ars),* quae facit galeras et alias naves ad nautoriam artem pertinentes, sicut factiva velorum, -x malorum. *ibid. al.* **2** *latius:* CARM. de bello Saxon. 3,30 gens fera Saxonum, -x memoranda malorum.

***factualis,** -e. *conficiens, producens – herstellend, hervorbringend:* ALBERT. M. eth. I 122 p. 109,37 sicut se habet actuale principium ad operari nostrum, ita et -e, sed virtus est actuale principium, ars autem -e *(cf. p. 35,14). usu subst.:* ALBERT. M. anim. 3,4,4 p. 233,64 intellectus practicus est causa rei, quae sibi subiicitur, sicut patet tam in actualibus quam in -bus. *ibid. al.*

1. factum *v.* facio. **2. factum** *v.* fatum.

1. factura, -ae *f.* **1** *de actione:* **a** *actio conficiendi, producendi – Herstellung, An-, Verfertigung:* **α** *in univ.:* MAPPAE CLAVIC. praef. p. 187,3 artis pictorum prior est -a colorum. CHART. Bern. II 281 p. 307,3 (a. 1249) testor pro XII ulnis panni lanei X denarios pro -a habere debet. CHART. civ. Vratisl. 37 ut . . . censum . . . in . . . -am poncium redigant *cives.* PS. CALID. secret. 8 aquae ex calcibus et salibus, quarum -ae inveniuntur in libris sapientum. *saepius.* **β** *creatio – Erschaffung, Schöpfungsakt:* HONOR. AUGUST. hex. 4 (PL 172,263B) senarius . . . numerus consummatur, dum triplex -a, scilicet spiritualis, sensibilis, insensibilis, a triplici factore, Patre . . . et Filio et spiritu sancto, contineri consideratur. ALBERT. M. metaph. 1,5,4 p. 74,46 a principio -ae mundi. *ibid. al.* **b** *incantatio, magia – Zauberei, Magie (usu plur.):* RATHER. prael. 6,4 l. 115 hanc *(idolorum perfidiam)* sequitur error . . . diversarum superstitionum, praecantationes . . . et quae vulgo dicuntur -ae (*cf. Battisti-Alessio, Diz. etim. ital. III. p. 1606b s. v.* fattura[1]). **2** *de statu:* **a** *statura – Gestalt, Statur:* POETA SAXO 1,65 cuius *(simulacri)* similis -a columne non operis parvi fuerat. ALBERT. STAD. Troil. 2,49 -ae mediocris erat Cassandra. *c. notione pulchritudinis:* EKKEH. IV. cas. 89 in ętate florida glorię, ut talis -ę vir *(sc. Ekkehardus),* humilitati proximior. **b** *natura, qualitas – Beschaffenheit, Ausstattung:* ALFAN. premn. phys. 1,83 p. 20 -a (*corr. ex* factum *P2; PG 40, 529C* κατασκευή) multorum animalium ad servitium hominum congrua facta. ALBERT. M. animal. 1,615 ista -a renum invenitur in animalibus etiam imperfectis. 13,111 -a . . . additamenti est quasi media inter -am linguae et aculei. CHRON. Albr. a. 1141 p. 835,15 aulam intravit *miles,* -am et opus admirans circumspexit. *al.* **3** *de opere:* **a** *opus, factum – Werk, Arbeit:* RATHER. prael. 5,10 l. 297 fulcra sericis depicta proferuntur -is. RAHEW. Theoph. 539 cartam . . . inspicit *vicedominus,* agnoscit, digitorum hoc opus horribile quod sit -a suorum. ACTA imp. Winkelm. I 85 p. 78,11 ecclesia Cephaludensis, que est opus et -a manuum domini regis Rogeri. CHART. Livon. A 438 p. 553,10 imperialis aulae ortus floridus, imperatorum plantula et -a *(sc. domus Theutonicorum). al.* **b** *de creatione Dei i. q. creatura, creatum – Kreatur, Geschöpf (usu sing. sensu plur. fere de homine; de animalibus: l.49. saepe):* DHUODA lib. man. 8,13,14 forsitan miseratur pius -ae suae in iudicio. CARM. Cantabr. A 4,2b,2 factor . . . sue condolens -e misit huc filium. 12,1a,5 in -a sua splendet *Deus* magnificus per evum. 41,12 te reginam nostram maris esse favet -a. OTTO FRISING. chron. 3 prol. p. 134,34 nunquid argui a -a sua factor poterit? *saepe.* **4** *? de loco i. q. fabrica – ? Produktionsstätte:* CHART. Alsat. B 309 (a. 784) omnes res meas . . ., quicquid ad ipsa villa . . . aspicit de rebus meis in mansis, casis, pomariis, vineis com omnia -a, campis, pratis.

2. factura *v.* fautor.

facturio, -ire. *perficere, exigere cupere – vollziehen, 'nehmen' wollen:* ODO MAGDEB. Ern. 7,101 dux . . . dolens et supplice questu regis -ens vindictam deligit acres mille viros.

facturium *v.* factorium.

1. factus, -us *m.* **1** *gener. i. q. actio faciendi – das Tun:* CARM. libr. II 6,8 (s. IX.) verius est etenim: qui nescit scribere, -u scire eciam potuit numquam tormenta laboris. **2** *iur. i. q. negotium, conventum – Rechtsakt, (Rechts-)Geschäft, Abmachung, Vertrag:* FORM. Wisig. 1 hunc . . . -um nostrum nequaquam disrumpere valeat *(sc. qui chartam impugnat).* CHART. Sangall. A 3 si quis . . . contra hunc -um nostrum ire . . . voluerit (*item* 8). CHART. Bund. 24 p. 27,30 si . . . reiudicare voluero, inanis sit posterior -us meus, sed cartula ista maneat inconvulsa. *al.*

2. factus *v.* facio. **3. factus** *v.* for.

facula, -ae *f. script.* fagla: FORM. Marculfi 1,11 l. 18. **1** *strictius:* **a** *proprie i. q. (parva) fax, taeda – (kleine) Fackel,*

(Kien-)Span: **α** *in univ. (usu liturg.: l. 2. al.):* ORDO Rom. 23,24 accendent duo regionarii . . . -as. EINH. (?) Marc. et Petr. II 64,3 te *(sc. Petrum)* . . . ignitis exurendum -is. LAMB. HERSF. annal. a. 1077 p. 299,34 nec cum -is et faustis acclamationibus . . . obviam ei *(regi)* procedebant *cives*. MAURUS urin. I p. 40,12 quod quasi -a ardens ascendat *dolor* ab inferioribus usque ad gulam. *saepius.* **β** *de censu:* CAPIT. reg. Franc. 32,62 quid de lignariis et -is. REGISTR. Prum. 10 solvit *Reingerus* -as L (gloss.: -e sunt ligna arida, que vulgariter appellantur 'aspen'). CHART. Rhen. med. II app. 15 p. 397,19 dantur . . . XC -e, id est surcen. **b** *in imag.:* BENZO ad Heinr. IV. 7,4 p. 622,10 Gyezi cupiditatis inflammatus -a. ALBERT. STAD. Troil. 5,293 nequitiae -a. *al.* **2** *latius i. q. stella, signum lucens – Stern, leuchtende (Himmels-)Erscheinung:* WALAHFR. carm. 25a,4,1 splendidam caeli -am dedere. EKKEH. URAUG. Hieros. 10,2 -as per aerem volitantes vidisse nos. *de Deo:* EKKEH. IV. bened. I 7,39 pallent sol, luna, -a ęcęantur ab una; sideris hoc numen Deus est, de lumine lumen. **3** *?in loco corrupto usu plur. i. q. valvae – Tür:* VITA Arnulfi I 28 invenit *mulier contracta* . . . ante -as (vocilvas, valvas *var. l.*) sancti basilicae sepulturam.

***faculinus,** -a, -um. *facis proprius, tremula flamma ardens – einer Fackel eigen, flackernd:* CARM. var. (NArch. 2. 1877. p. 402; s. XII./XIII.) est cum doctrina male vivens lux -a. *Weber*

facultas, -atis *f. (m.: p.38,71) script.:* fagu-: EDICT. Roth. 231 *(var. l.).* facc-: *p.39,1. adde* ORD. celebr. conc. 24,36 l. 256. *acc. pl.* -is: *p.38,69. al.*

possibilitas – Möglichkeit, Vermögen: **I** *de -e rerum in homine vel re posita:* **A** *de corpore animantium i. q. robur – Kraft:* DIPL. Ludow. Inf. 36 p. 152,20 quandam cellam . . . olim succensam . . . -is sue laboratione et manuum operatione restauravit *monachus*. WALTH. SPIR. Christoph. I 16 Apollinis statuam . . . trahendi -e deiciens *Nicea. al.* **B** *de re:* **1** *capacitas – Eigenschaft:* HERM. CARINTH. essent. 2 p. 232,10 quemadmodum opifex materie -em . . . celsioris meritis . . . promoveat. **2** *ratio – Weg, Alternative:* ANON. minut. praef. p. 228 utrique -i *(i. augmentationi et diminutioni)*, ut ad infinitum procedat, largitur *unitas* primordia. **C** *de animo i. q. vis, indoles, potentia – Begabung, Anlage, Fähigkeit:* **1** *in univ.:* HRABAN. epist. 8 p. 393,21 eloquentiae (*sim.* RUOTG. Brun. prol. p. 1,10 sermonis). 30 p. 448,24 hoc . . . adipisci nos posse magis divini est muneris quam humanae -is. HROTSV. lib. 2 praef. 1,3 iuxta mei -em ingenioli (WIPO gest. prol. p. 7,16 ingenii. *al.*). ALBERT. M. animal. 21,1 de perfectione . . . animalium secundum animae -es et potestates. *persaepe. v. et p. 40,14.* **2** *c. colore quodam:* **a** *eloquentia, facundia – Redegabe, Beredsamkeit:* AGIUS vita Hath. 5 quanta mentis vixerit sanctitate, non est nostrae -is evolvere. RUOTG. Brun. 45 p. 49,22 omnes *(comites)* . . . huius . . . viri merita . . . in omnem populum eximia, qua quisque -e poterat, ęstimabant. **b** *ars, scientia – Wissen, Kenntnis, Können, Kunst:* HRABAN. epist. 12 p. 399,13 ut perspectis anteriorum librorum expositionibus inde ad . . . enodandas questiones adsumerem -em. ARIBO mus. p. 47,9 ipse *(musicus artificialis)* . . . artis -e optime sciat legitima comprobare. GESTA Lob. 24 p. 327,40 de -e vulgaris linguae. *saepe. v. et l.67.* **c** *disciplina, doctrina – Fach(bereich), Disziplin, Wissenschaft* (*def.:* ALBERT. M. eth. II 1,3,13 p. 46b,19 -es . . . appello artes et doctrinas practicas, quia -s est facilis potestas): **α** *proprie:* CARM. Cantabr. A app. 2,12,3 quaedam hic libare nitemur ex artibus profutura studiosis harum -bus. HUGO HONAUG. hom. 1,1capit. quod modis variis substantia dicatur in diversis -bus. HONOR. III. registr. 190 in -e theologica (DAVID expos. reg. 9,11 in t. f. *saepe. sim.* CHART. Brand. A XV 20 [epist. papae] in theologia -e). CONST. Melf. 3,46 p. 414,21sq. ut nullus cyrurgicus ad practicam admittatur, nisi testimoniales litteras offerat magistrorum in medicinali -e regentium, quod per annum . . . in ea parte medicine studuerit, que cyrurgicam instruit -em. *saepe. expressius i. q. professio – Beruf:* CONR. MUR. summ. p. 123,14 ut . . . laudetur . . . mechanice artis professor de sua -e *eqs.* **β** *meton. de collegio professorum ('Fakultät'; de re v. O. Weijers, Terminologie des universités au XIIIe siècle. 1987. p. 52sqq.):* CHART. select. Keutgen 165,7 (dipl. Frid. II.) potestatem damus . . . magistro, qui Wienne . . . ad scholarum regimen assumetur, ut alios doctores in -bus substituat de consilio virorum prudencium. **d** *potestas – Macht:* **α** *proprie:* ANNAL. Mett. a. 690 p. 12,17 regni gubernacula . . . propriae -is iure disponenda retinuit *Pippinus*. MANEG. c. Wolfh. 16 p. 79,20 que *(passio)* medentis salvatoris superet -em. *saepe.* **β** *meton. de principe ('Herrscher', 'Gewalt'):* EBERH. HEIST. Betel 198 de trono Salomonis: inter opes multas habet urbis summa -s sedem regalem, maiestas regia talem non habet in mundo. *de Deo c. notione gratiae:* FUND. Werd. p. 166,16 quantum divina vos *(sc. fratres)* prevalere faciat -s.

II *de -e rerum extra hominem posita:* **A** *proprie:* **1** *in univ. (saepe i. q. occasio, opportunitas, tempus, locus – Gelegenheit, Zeit[punkt]):* LIUTG. Greg. 9 laesionem absque ultione, ubi -s suppetit, ferre. WALAHFR. Wett. 66 narrandi cuncta -s. RADBERT. corp. Dom. 9,83 praecisis a ligno vitae patet -s, si velint redire ad veniam. WALTHARIUS 969 nec . . . galeam fuerat sumpsisse -s. OTTO FRISING. gest. 1,49 p. 69,32 respondendi -e . . . concessa. WILH. CONG. chirurg. 1004 detur expurgationi -s. *persaepe. proverb. (cf. H. Walther, Proverbia nr. 20171):* WALTH. SPIR. Christoph. I prol. p. 65,3 ubi virium possibilitas et rerum deest -s, bona sufficiat . . . voluntas. OTLOH. prov. I 45 ut voluntatem simul et -em bene agendi nobis praestare dignetur *Deus. al.* **2** *c. colore quodam:* **a** *gener.:* **α** *condicio, circumstantia, status – Zustand, Lage, Verhältnis, Maßgabe:* VITA Arnulfi 25 in tanta exuberancia adcrevit medietas potus illius, ut omnes (omnibus *var. l.*) ˹ad -em˺ (adfatim, affatim *var. l.*) saciatis adhuc in crastinum superesset. HRABAN. epist. 29 p. 447,24 pro -e virium. NOTKER. BALB. gest. 1,15 p. 18,20 iuxta -em loci *(sim.* STATUT. ord. Teut. p. 67,27 domus [*item* p. 114,31]. *al.).* MANEG. c. Wolfh. 11 p. 66,17 ut . . . Deo . . . in terris ab homine gratiarum . . . actiones pro -e transitoria exhiberentur. *al.* **β** *exsecutio – Ausführung:* TRANSL. Marci in Aug. 5 l. 14 si ei *(viro de Venetia)* -is inpossibilitas non obstitisset. HERM. CARINTH. essent. 1 p. 132,23 ambitus eius *(sc. stellae errantis)* circa solem quam proxime inflexus est; que causa crebros cursus et recursus debite officii -i ministraret. **γ** *venia, licentia, libertas, permissio – Erlaubnis, Freiheit:* RIMB. Anscar. 24 p. 53,2 christianitatem suam observandi. GERH. AUGUST. Udalr. 1,21 l. 36 ut sibi maioris ocii . . . -s concederetur. OTTO FRISING. gest. 2,49 p. 157,24 an . . . legati . . . -em redeundi accepturi forent. *persaepe.* **b** *publ., iur., canon.:* **α** *ius – Recht, (Voll-)Macht:* CHART. Rhen. med. I 62 p. 70,14 (a. 835) l i b e r a m tribuens *vir* -em pro oportunitate eorum *(abbatum)* faciendi (DIPL. Loth. III. 1 p. 1,31 abbatem eligendi. *saepe*). AGIUS epic. Hath. 549 -s solvendi. ANNAL. Fuld. II a. 852 p. 43,9 ut . . . in alienis . . . praefecturis . . . singuli *(praefecti)* . . . aliorum causis agendis haberent -em. DIPL. Frid. I. 798 contradidimus ecclesię et civitati Brixinensi . . . habendi fori -em. CONST. Melf. 2,34 in causa depositi . . . pugne . . . interdicimus -em. CHART. Eichsf. 384 fratribus . . . -em hanc contuli *(sc. miles)*, ut *eqs. saepe.* **β** *possessio, dicio, arbitrium – Besitz(recht), Verfügung:* CHART. Sangall. A 62 p. 62,3 (a. 771) locum -is mei. CONC. Karol. A 21,8 p. 192,22 qui *(filii)* de . . . incesto coniugio nati fuerint, . . . nullam . . . rerum adipisci valeant parentum -em. TRAD. Brixin. 55 in -em et proprietatem. CHART. Stir. III 205 (a. 1256) cuiuscumque fuerint *montes* -is. *al.*

B *meton.:* **1** *copia, multitudo – Fülle, Vielzahl:* **a** *in univ.:* RIMB. Anscar. 24 p. 53,8 ut . . . negotiatores . . . locum ipsum . . . expeterent et . . . -s totius boni inibi exuberaret. **b** *de viribus armatis i. q. manus, exercitus – Truppe(n), Heer:* BENZO ad Heinr. IV. 6,5 p. 554,3 barbaries multas contrivit equina -s. LUDUS de Antichr. 261 ite *(sc. nuntii)* congregantes -es regnorum, conculcent impetu furorem superborum. **2** *substantia, opes, divitiae, res, patrimonium – Hab und Gut, Besitztum, 'Vermögen':* **a** *in univ.:* LEG. Burgund. Rom. 16 ut de -e (hereditate[m] *var. l.*) mariti prioris . . . nihil habeat *mulier*. DIPL. Karoli M. 61 p. 89,36 ad res vel -is . . . monasteriae. TRAD. Frising. 489 p. 418,11 trado . . . medietatem omnium -um meorum. THANGM. Bernw. 51 p. 780,25 (chart.) quicquid terrenarum -um in curtis . . . et auro . . . acquirere po-

[Pörnbacher]

tui. PETR. DAM. epist. 73 p. 368,26 in nostre facc-is augmenta. *persaepe.* -s (-es) regni *('Reichsgut'):* CAPIT. reg. Franc. 273,25 -es ecclesiasticae et regni exhauriuntur. VITA Mathild. I 2 p. 117,5 sceptrum Heinrico successit totaque regni -s. GERHOH. aedif. 10 (21) p. 152,12 (ed. Sackur) de regni . . . -e, quae est res publica. DIPL. Conr. III. 32 p. 51,35 de -bus regni nobis . . . collati. *al.* **b** *in pertinentia:* TRAD. Frising. 50 p. 79,14 (a. 772) cum libertis et aldionibus, cum terminio et -bus ad . . . Mariae pertinere debeat *ecclesia* domum. CHART. Sangall. A 372 p. 346,30 hobas . . . cum omni -e eorum. *al.* **c** *de rebus mobilibus:* ANNAL. Xant. a. 846 illi *(Northmanni)* . . . preda hominum atque -um oneratis classibus reversi sunt in patriam. ADAM gest. 4,31 p. 264,9 amplissimam terrarum -em reportant *Nortmanni* domum. HELM. chron. 57 p. 111,28 assumptis familiis cum -bus. *de merce ('Ware'):* CHART. Hans. 223 p. 70,5sq. (a. 1227) si aliquis hospes ducit -es alicuius burgensis in societate . . . pro libito suo, . . . non pro burgensis -bus theloneat. **d** *?praedium (locatum), beneficium – ?(Leihe-)Gut, Lehen:* ACTA imp. Winkelm. I 996 p. 751,44 (s. XIII.med.) quando universitas alicuius terre . . . condempnatur ad penam . . ., circa penam queratur, si tot modios augustales ab ea exegerit *iusticiarius*, quot sunt -es in eadem terra.

facultaticula (-icola), -ae *f. (?n.: l.29sq.) praedium (parvum), praediolum, bonum – (kleines) Besitztum, Gut:* CONC. Merov. p. 147,10 ad -am (facultaculam *cod. a. corr. [ed. de Clercq p. 212,17]*) ecclesiae . . . pervasit *(sc. presbyter praesumptuosus).* FORM. Marculfi 2,1 p. 168,70 -ola (-a *var. l.*) ipsa, sicut a me hucusque possessa est. CHART. Sangall. A 18 p. 22,7 ego Rothpaldus donamus ad monastirio vestro . . . -a mea (*item* 19 p. 23,8. *sim.* 24 -as meas). p. 22,19 ipsa -a mea trado vobis *eqs.* 34 aliquid de re vel -a nostra . . . condonare. 37 dono omnes res meas . . ., hoc est omnes -as meas in prefata villa sitas, id sunt mancipiis, terris *eqs. al. usque ad s. IX.in.*

facultatula, -ae *f. (?n.: l.46) script.:* -acula: *l.25.* -atola: *l.41.* **1** *vis, ingeniolum – Vermögen, Befähigung, (geringe) Begabung:* VITA Liutg. II praef. p. 87,3 pro ingenioli nostri -a (*item* GERB. geom. 1,3 [facultate *var. l.*]). HERIG. Land. praef. (MGScript. XV p. 601,17) exhortari -am nostrae modicitatis, patres reverentissimi, non dubitastis. **2** *facultas, possessio (parva) – (kleiner) Besitz:* CONC. Merov. p. 41,14 ut nihil de -ola (facultaticula *var. l. [ed. de Clercq p. 48,19]*) ipsa *(sc. quam fideles conferunt parrochiis)* vel de ministerio clerici loci ipsius licentiam habeant menuendi. CHART. Bund. 29 do . . . de -a ipsius *(fratris mei)* aliquantulum ad ecclesiam beato Elarii. EPIST. var. II 11 p. 315,5 sanctę ecclesię nostrę *(sc. Gradensis)* -a sive episcopia sub ipsius sancto imperio constituta . . . confirmare decrevit *Karolus.* ROD. GLAB. hist. 3,22 p. 130,32 ex nostra *(sc. senis)* parva -a. *al.*

faculter *v.* facilis.

***faculto,** -are. *facultatem praebere – ermöglichen:* RUODLIEB XI (IX) 61 matre . . . -ante, quod vellent *iuvenis et herilis*, sermocinare.

facunde *v.* facundus.

facundia, -ae *f. script.:* fec-: *p.40,30.* fagu-: *p.40,20.30. al.* -cc-: *p.40,30.* -con-: *p.40,30.*

1 *eloquentia, dicendi facultas, eloquium – Beredsamkeit, Redegewandtheit, -gabe:* **a** *in univ.:* LIUTG. Greg. 2 p. 68,4 intelligens . . . magister sagacitatem pueri et -am. p. 68,18 humana. THANGM. Bernw. 5 p. 760,14 forenses causas . . . examinabat, quia et ingenio ac -a . . . callebat. THIETM. chron. 6,36 fuerat *antecessor meus* . . . egreius . . . -a et voce pulcherrima. VITA Notkeri 7 velocissimus erat -a spiritus. *persaepe. meton. de lingua garrula:* WALTHARIUS 316 balbutit madido -a fusa palato. **b** *rhetorica, ars oratoria – Ausdruckskraft, Rede-, Sprachkunst:* **α** *proprie:* EINH. Karol. prol. p. 2,12 cui *(vitae eius)* scribendae . . . Tullianam par erat desudare -am *(sim.* WALTH. SPIR. Christoph. I 3 Tullianę . . . -ę torrentem. *al.).* HRABAN. epist. 8 p. 393,23 urbana -a libros condere. EKKEH. IV. prol. Gall. p. 92,26 ut -a sua, qua ipse . . . diffamatus est, . . . describeret *Walafridus (sc. vitam s. Galli). al.* **β** *per prosop.:* SYLL. Sangall. app. 5,39 procedit . . . Dialectica; . . . pręsiluit Gretiae F-a tertia linguę. ODO MAGDEB. Ern. 467 quem tanto eloquio ditavit ab omnibus illa pauperis ingenii mater F-a . . ., quod *eqs.* **γ** *meton. de scriptoribus:* NOTKER. BALB. notat. 59 quod si Romana -a barbarorum hominum scripta contempserit. **c** *stilus, modus dicendi – Stil, Darstellung(sart):* **α** *proprie:* WILLIB. Bonif. 2 p. 9,16 metrorum medullata -ae modulatione . . . inbutus (NICOL. BIBER. carm. 54). HRABAN. epist. 23 p. 429,16 quia iuxta copiosam -am eorum *(patrum)* latam expositionem habuerunt *scripta.* HROTSV. lib. 2 praef. 1,1 qui pro cultioris -a sermonis gentilium vanitatem librorum utilitati praeferunt sacrarum scripturarum. *expressius de stilo prosaico, oratione soluta:* ALDH. ad Acirc. 10 p. 94,8 versu et -ae coturno. **β** *meton. de oratione (in lusu verborum):* IDUNG. PRUF. argum. 397 de duobus secundum tenuem intelligentiae meae facultatem dixit utcumque infecunda -a mea, quae *eqs.* **2** *sermo, lingua – Sprache:* VITA Deic. 11 p. 566b,39 quia barbaricae -ae notitiam habebat *Gallus. al.* **3** *de facultate (v. et Stotz, Handb. 2,V § 84.12):* **a** *possibilitas, sollertia, ingenium – Gewandtheit, Geschicklichkeit:* **α** *in univ.:* CHRON. Fred. 4 praef. p. 123,16 talia dicendi fag-a. LIUTG. Greg. 7 p. 72,33 ob -am linguae. WALAHFR. hort. 218 gladiola: te neque transierim, Latiae cui libera linguae nomine de gladii nomen -a finxit. *al.* **β** *peritia, instructio, doctrina – Beschlagenheit, Kenntnis:* EPIST. var. II 14 p. 319,21 ut vestrae *(sc. Iudith imperatricis)* eruditionis novi *(sc. episcopus)* -am. EPIST. Col. 3 p. 244,6 qui *(archiepiscopus)* propositi sanctitate et -a scientiae gratiam . . . videtur habere, qua *eqs.* HELM. chron. 49 p. 98,11 preter -am . . . Latinae et Teutonicae linguae Slavicae . . . linguae gnarus erat *comes.* **b** *ius – Recht:* EDICT. Roth. 361 nulla . . . habeat *(sc. dilatator)* -am (fag-, facc-, facon-, fec-, -a *var. l.*) de ipsam rem loquendi. DIPL. Otton. II. 166 p. 188,33 habeant . . . liberi homines -am . . . testes esse *(ex dipl. Ludow. III. spur. 1 [ed. L. Schiaparelli. 1910. p. 68,9]. inde* DIPL. Arduini 2 p. 702,3. *al.).* DIPL. Heinr. II. 477 p. 607,28 concedimus . . . abbati . . . -am eligendi sibi advocatos. *al.*

facunditas, -atis *f. facundia – (Rede-, Wort-)-Gewandtheit:* NARR. de lib. Fab. 6 legati nuper lata verborum -e ditati.

facundus, -a, -um. *script.:* fec-: *l. 41.* faec-: *l. 41.* -di(us): *l.46. metr.* făc-: *l.43.*

1 *eloquens, disertus – beredt:* ARBEO Corb. 8 eratque vir -issimus. EINH. Karol. 25 adeo . . . -us (fec-, faec- *var. l.*) erat, ut etiam dicaculus appareret. EPITAPH. var. I 3,2 hic *(Boso rex)* pius et largus fuit, audax, ore -us. CARM. de Frid. I. imp. 1432 replicans Obizo -us. *persaepe. de verbis ipsis, sermone sim.:* TRAD. Frising. 547c p. 467,36 (a. 827) viris fluenta doctrinę aeternitatis, -ia verba audientibus. HRABAN. epist. 36 p. 471,1 -a oratorum locutione. HROTSV. gest. praef. 7 -issimis disertissimorum sententiis. *saepe.* **2** *promptus – wendig, gewandt:* ARBEO Emm. 2 erat . . . procerus statura, . . . sermone -us. **3** *facilis – gütig, 'geneigt':* EPIST. var. II 33 p. 357,27 ne nausia vestro *(sc. archidiaconi)* -issimo auditui generetur. **4** *potens – mächtig:* WARN. synod. 170 fit vir *(i. Ioseph)* -us, regi *(i. pharaoni)* dicione secundus. **5** *efficax – wirksam:* TRACT. de aegr. cur. p. 204,39 -us est et gargarismus cum oximelle et aqua mixta.

adv. **facunde.** **1** *eloquenter, diserte – in beredter Weise, wortreich:* RADBERT. Matth. 14,10 l. 1544 de . . . comedia miseri Herodis . . . a multis nostrorum -issime declamatum est in ecclesiis. HROTSV. Agn. 288 dulcia . . . resono profundens verba palato dixit -e bene composita ratione: *'eqs.' saepe. in imag.:* PAUL. ALBAR. carm. 11,16 Argolicos reseravit *Hieronymus* . . . fontes; -e meatim currunt per margine rivi. **2** *prompte – leicht, wendig:* HERM. AUGIENS. vit. 556 quis posset admodum sciens et scita -e eloquens referre, quae mundum tenent?

facus *sim. v.* phacus. ***fadium** *v.* *vadium.

faecelentus *v.* faeculentus.

***faecisco,** -ere. *sordescere – Schmutz ansetzen:* CONSUET. Marb. 166 ne . . . fęc-ant *calices* propter vini crebram infusionem.

faeco (fec-), -are. *maculare – beflecken (usu refl.):* CARM. Bur. 102,21c,1 (p. 165) se crimine fecat *Dido*, se feriendo necat.

[Pörnbacher]

faecula (fecla), -ae *f.* (*cf.* φέκλη) **1** *faex (vini) – (Wein-)-Hefe, Weinstein:* ANON. herm. p. 104,9 trus, id est fecla sive lias vini. *sal tartari – gebrannter Weinstein, Weinsteinsalz:* IOH. sacerd. 195 si vis feclam (fedam *ed., vix recte*) facere *eqs.* (*sim.* 196). **2** *scandix (Scandix pecten-veneris L.) – (Nadel-)Kerbel, Venuskamm:* RECEPT. Lauresh. 5,32 fecle uncias VI.

faeculentia (foec-, fec-), -ae *f.* *confunditur c.* f(o)etulentia: *l.13.* **1** *proprie vel in imag.:* **a** *sedimentum, sordes, lutum – Ablagerung, Verunreinigung:* **α** *natur. et medic.:* CHRON. Ved. p. 682,32 sedato pulvere capisuda redit faties celi, ablutaque fe-is ... pulchriora ... exurgunt tempora. ALBERT. M. animal. 26,5 omnes ... fet-as congregant *apes* in alveari et tempore otii ... expurgant. *al. v. et l.45.* **β** *alch.:* GEBER. summ. 54 p. 459 sulphur ... et illius compar causam corruptionis habent, inflammabilem scilicet substantiam et t e r r e a m -am *(l. 49. al.).* ALBERT. M. veget. 2,83 a -a terrestreitatis. Iob 28,2 p. 308,23 ferrum ... nascitur de faeculento argento vivo et scabroso sulfure, a quibus si ... tollatur ... -a *eqs. al.* **b** *status materiae faecem continentis – Trübheit (usu alch.):* URSO element. 6 p. 190,17 aqua ... sue fe-e ... effectum habere cognoscitur. Ps. AVIC. tinct. 3 p. 628b,34 cum argentum vivum habet in se foe-am et adustionem absque inflammatione. *al.* **2** *translate:* **a** *squalor, impuritas – Schmutz, Unreinheit, Niederung:* THEOD. AMORB. (?) Tryph. et Resp. prol. p. 292,24 an -a ruitura ... mundi historia ... careret. ARNO REICHERSB. apol. p. 58,19 felix ignorantia *(sc. hominis theorici)* in se nescire ... sensuum animalium caenosam -am. GERHOH. tract. p. 109,17 -a temporis mali. *al.* **b** *vitium, flagitium – Laster, Niederträchtigkeit:* GESTA Camer. 1,107 p. 446,24 ut suis ... fe-is laxior possit insistere *abbas.* **c** *tristitia – Trübsal:* ROD. CAMER. Lietb. 9 fe-as (feru- *1*) dolorum et infirmitatum conturbationesque causarum consolationum suarum ... refocillationibus dulcorabat.

faeculentus (foec-, fec-), -a, -um. *script.:* fogol-: *l. 44.* -cel-: *l.57sq.* -cil-: *l.54.55.* *usu subst.: l.52. al.* *confunditur c.:* f(o)etulentus: *l. 47. 54. 60. adde* ALBERT. M. miner. 1,2,2 p. 17b,22 faet-. *ibid. al.* fecundus: *l.61.*

1 *faece, sedimento plenus, turbidus, sordidus, impurus, faeci similis – trübe, unklar, unrein, schmutzig, hefeartig:* **a** *proprie (usu natur., alch., medic.):* AESCULAPIUS 31 p. 48,16 quando ... stercora varia, foe-a et nigra ... et cum foetore ... egeruntur. p. 48,19. TRACT. de caus. mul. 87 qui *(mulieres)* ... ex putridinem aut s a n g u i s fogol-um (folol- *var. l.*) laborent (ARS med. 7 p. 426,2 fe-i [feculencia *G;* add. p. 152,189] sanguinis. *al.*). ALBERT. M. veget. 2,113 propter terrestre -um (fet- *var. l.*). animal. 1,108 partes ... auri et argenti fet-i ... monetari non possunt. GEBER. summ. 40 p. 362 mundari a ⌊terra fe-a⌋ (terrea feculentia, substantia -a *var. l.*). *saepe. v. et l.18. spectat ad colorem:* PAUL. AEGIN. cur. 242 p. 182,18 ea *(ulcera)* ..., que videntur munda, fe-a (*3,67,1* τρυγώδη), livida ... apparent. *usu subst.:* URSO aphor. 55 depurare -um. *al.* **b** *in imag. vel translate:* ALDH. ad Acirc. 2 p. 65,20 ab omni fe-a (fet-, feci- *var. l.*) vitiorum sentina. RADBERT. Adalh. 63 erat ... omnis narratio eius ... lucida ... nil feci-um (-um *ed. ASBoll. Ian. I. p. 106*) ... in sensu reservans. THEOD. TREV. transl. Celsi 1 nostris ... -elentis diebus (*sim.* THEOD. AMORB. comm. p. 15,39 fece-is temporibus. Bened. II 2 p. 26,20 [ed. Dümmler] fęce-is). PETR. DAM. epist. 162 p. 156,26 quod illi iudicium, qui -us (fet- *var. l.*) ac luridus ... nuptialis edulii mundiciam polluit? *al.* **2** *per confusionem c.* fecundus *i. q. affluens, uber – reich:* BURCH. ARGENT. itin. B p. 65,15 Nova Babilonia ... omni bono terre fe-a.

faecund- *v.* fecund-. **faed-** *v.* foed- *praeter:*
***faedum** *v.* *feodum. **faelicitas** *v.* felicitas.
faemin- *v.* femin-. **faemur** *v.* femur. **faen-** *v.* fen-.
faeod- *v.* feod-. **faeteo** *v.* foeteo. **faeto** *v.* feto.
[faetulentus *v.* faeculentus.] ***faetum** *v.* *fagetum.
faetura *v.* fetura. **1. faetus** *v.* 1. fetus.
2. faetus *v.* 2. fetus.

faex (fex), faecis *f.* *script. et form.:* fre-: *p.42,15.* *abl. pl.:* fetibus: *p.42,34. al.* fetis: *p.42,3.*

I *proprie i. q. subsidentia, sedimentum, crassamentum – Ablagerung, (Boden-)Satz, Niederschlag, Ausfällung:* **A** *de liquidis:* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* RECEPT. Sangall. II 64 ex fetis aceti ... ventrem inunguis. PAUL. AEGIN. cur. 242 p. 182,11 color ⌊quasi fecis⌋ (*3,67,1* τρυγώδης). ALBERT. M. animal. quaest. 1,7 p. 84,58 quae *(animalia)* vivunt de -bus (fectibus, fluctibus, fructibus aquae *var. l.*) maris. *persaepe.* **b** *locut.* usque ad -em (-es): HRABAN. hom. II 97 p. 329B dicimus usque ad -em, cum volumus exprimere aliquid ita exhaustum, ut nihil relinqueretur. WILH. RUBRUQU. itin. 33,3 fuisset *Vastacius* ... verberatus usque ad feces, sed ego nolui. *al.* *adde:* TRACT. Garsiae 443 concham vino emunctam -etenus. **c** *de tartaro ('Weinstein'):* THEOPH. sched. 3,4 iaceant *folles* in confectione -is et salis. MOSES PANORM. marisc. 13 p. 177,15 accipe frecem dolei *(v. notam ed.).* ALPHITA I p. 317,17 tartarus, id est fex vini ... dolio adhaerens et alio nomine dicitur petra vini. *saepe.* **2** *natur. et medic.:* PAUL. AEGIN. cur. 209 p. 141,22 manat venter ... fetidum quemadmodum fex (*3,46,1* ἰλύν) sanguinis spissi similis melancholie. CONSTANT. AFRIC. theor. 1,25 p. 4bv alia *(sc. substantia procedens a sanguine)* ... fundum petens, que fex appellatur et intelligitur esse cholera nigra. BRUNUS LONG. chirurg. 2,17 p. 128E urina ... cum fece arenosa. *al.* *in imag.:* EKKEH. IV. bened. I 2,35 fex rubra Cherintum fidei genuit laberinthum. **3** *alch.:* Ps. ARIST. pract. p. 660b,19 feces ..., quas facit aqua in rectificatione sua. GEBER. summ. 46 p. 409 vides aquam bis distillatam nullam fecem habere. *al.* **B** *de corporibus solidis, fere de metallis i. q. immunditia, scoria, spuma – Unflat, Rückstand, Schlacke, Schaum (saepe usu alch.):* HONOR. AUGUST. quaest. II 4 cum terra sit ... -x omnium e l e m e n t o r u m (RUP. TUIT. vict. 1,28 p. 42,25). CIRCA INSTANS p. 23av est ... aliud, quo ... nos utimur, scilicet fex stanni, quod ... fit ex decoctione, cum sit stannum de vena terre; ... reperitur lithargirium, quod est fex plumbi. URSO element. 6 p. 174,29 depuratum *aurum* a fetibus. *saepe. v. et vol. III. p. 1424,13.15.* **C** *de fermento ('Hefe'):* MIRAC. Ursm. 1,27 -es ad conficiendos panes. EKKEH. IV. bened. II 13sq. panem fac gratum, rex Christe, per ova levatum (gloss.: ova levant sicut fex); sit cruce signatus panis de fece levatus. *al.* **D** *de vinaceis ('Treber', 'Trester'):* ANNAL. Nic. Rem. a. 1197 (MGScript. XIII p. 84,20) pauperes ... fecem vini loco panis comedebant. GUTOLF. hist. p. 652,19 cum omnes vinee iam florerent, vinum anni preteriti adhuc scaturiendo ⌊suis in fecibus requievit⌋ *(spectat ad Vulg. Ier. 48,11).*

II *meton.:* **A** *quod reliquum est, reliquiae – Rest, Überbleibsel:* ALBERT. M. div. nom. 4,62 p. 171,64 '-e', idest reliquiis 'ex ignorantia' relictis. **B** *secretum, excrementum – Ausscheidung, Exkrement:* EGBERT. fec. rat. 1,1577 posteriora suas prebent genitalia feces. Ps. GALEN. anat. 14 p. 190C vasa -um. WALTH. AGIL. med. 67 p. 171,28 ex opilatione fecis intestinorum. *al.* **C** *admixtio (vilior), additamentum – (minderwertiger) Zusatz, Beimengung:* TRAD. Weiss. app. 7 p. 329,22 (a. 1265) quod sepum cremiis porcinis vel fecibus aliquibus et cera pise non aliqua commixtione falsificentur.

III *translate:* **A** *sordes, squalor – Schmutz, Unreinheit:* FORM. Wisig. 4 abstersa a vobis *(sc. servis)* omne originali macula ac fece servili. RHYTHM. 148,57,1 aufer me ⌊de luto fecis⌋ *(spectat ad Vulg. psalm.* 39,3) p e c c a t o r u m omnium (IOH. CANAP. Adalb. A 12 p. 17,12). HYMN. Hraban. 9 (6),4,1 -x nulla nos coinquinet. FOLCUIN. Lob. 10 ad nostri temporis -em. ERCHEMB. hist. 22 Paulinus ... ⌊ab hac carnea subtractus est -e⌋ (*item* VITA Athan. Neap. 8,24). EBERW. Magner. 38 quod *(simulacrum)* ex fece adhuc gentilitatis superaret. LAMB. LEOD. Matth. I 2618 corpus apostolicum terrena fece levatum ... lignea theca recepit. *saepe.* **B** *sentina, purgamentum, infima plebs – Abschaum, Gesindel:* COD. Udalr. 124 p. 236,10 (epist. papae) congregatis Wibertinae fecis reliquiis. GUNTH. PAR. hist. 21 p. 165,11 (vs.) trux homo, fex hominum. ANNAL. Mell. Lamb. a. 1210 nefandissima fex catariae. *al.* **C** *perturbatio – Trübung:* ALBERT. STAD. Troil. 2,42 sine -e bonus.

[fafaricum *v.* agaricum. *adde ad vol. I. p. 372,5sqq.:* TRACT. de aegr. cur. p. 205,10 fac istud apozima *(sc. ad scro-*

phulos): recipe . . . radicem ellebori nigri et radicem fafa-i.]

***fafatia** *v.* *fabatia. ***faffus** *v.* *pfaffus. **faga** *v.* fagus.

faged(a)en- *v.* phagedaen-. ***fagetis** *v.* *sphagitis.

***fagetum,** -i *n.* (fagus; *per analogiam ad* alnetum, querquetum *sim. formatum) script.:* va-: *l.15.* faëtum: *l.11.* -git-: *l.8.13. nemus fagorum – Buchenwald, -hain (interdum in nomine loci, e. g. l.8.10.14):* VITA Gamalb. 4 (1) qui *(vicus)* Latina interpretatione dicitur F-um (-itus *in* -itum *corr. 2a [ed. Levison]; 'Michaelsbuch'*). CHART. Lux. I 236 comes . . . dedit . . . in F-o *('Fays-Menil')* duos mansos. CHART. Ticin. 85 p. 11,15 cum . . . faetis, roboretis. GREG. CAT. chron. I p. 158,24 cuius *(gualdi)* fines . . . reperiuntur . . .: in primis a cancello . . . in arcum . . ., deinde in cęsam post -itum . . ., deinde inter -itum *eqs.* p. 252,12 F-um castellum. CHART. Pomm. 302 que *(vallis)* medium dividit -um (va- *cod.*), quod *eqs. al.*

fagidinecus *v.* phagedaenicus. ***fagidis** *v.* *sphagitis.

***fagidulus** (-dil-), -i *m. (theod. vet.* fezil; *v. Graff, Sprachsch. III. p. 736sq.) cingulum, balteus – (Schwert-)-Gurt:* GESTA Ern. duc. II p. 264,4 novi mucrones fabricacionis dolonibus, id est ligneis vaginis, id est sludiu, assutis novis ˹-is, id est suertfezil˺ (gloss.: -ilus suertuezzil), invaginantur. *cf.* *facilus, *fascilo.

***fagidus** *v.* *faidosus.

***fagifer,** -era, -erum. *fagum ferens, fageus – Bucheckern tragend, Buchen-:* CHART. Bern. I 4,38 p. 276,28 (spur. s. XII.) una quarum *(silvularum)* -a, altera glandiffera.

[**fagindes** *v.* *sphagitis.]

fagineus, -a, -um. **1** *adi. i. q. faginus – Buchen-:* RECEPT. Lauresh. 2,7 p. 137 glandis -ae cinis. CHRON. Mich. 34 p. 33,11 meridianum . . . latus . . . amena -ae silvae opacitate vestitur. THEOPH. sched. 2,1 p. 37,19 ligna -a. YSENGRIMUS 5,133 -us cortex. CHART. Pomm. 957 in solitudine quercina Trechel et in solitudine -a Zirmisnza. *al.* **2** *subst. neutr. i. q. fagi lignum – Buchenholz:* THEOPH. sched. 3,62 p. 119 tolle lignum tenue ex quercu sive -o (fago *var. l.*). HILDEG. phys. 1,98 caput eius *(sc. porriginosi)* lava cum lixivia, quae de -o, id est buchen, venit.

***fagininus,** -a, -um. *fagineus – Buchen-:* FOLCUIN. Bert. 2,17 p. 102,3 (chart. s. IX.med.) villa habet . . . de silva grossa -a et minuta mixta bunaria CCCC. 2,90 p. 165,4 (chart.) de silva saginacia -a.

faginus, -a, -um. *script.* faïn(us): *l.45.* **1** *adi. i. q. fageus, fagineus – Buchen-:* **a** *in univ.:* FOLCUIN. Bert. 2,43 p. 113,14 (chart. a. 867) de silva -a bunaria VII. HERACLIUS II 7 p. 55,23 vitrum efficitur de cineribus, id est de filicis cinere et de faina *eqs.* CHART. Steinf. 130 p. 103,17 forestarii demonstrabunt VIII arbores ad secandum dictos werboima . . ., IV quercinos et IV -os. *al.* *ex fagi ligno confectus – aus Buchenholz (gefertigt):* ECBASIS capt. 892 reticescunt signa metalli; . . . -a signa sonant, quo clerus debita solvat. **b** *in nomine plantae:* spina -a *i. q. spina alba (Crataegus oxyacantha L.) – Weißdorn (cf. p.44,12):* ALBERT. M. veget. 6,134 quae *(spina magna)* est similis fago in ligno . . . et vocatur . . . vulgariter spina -a. **2** *subst. fem.:* **a** *fagus – Buche:* AGNELL. lib. pont. 163 p. 341 l. 69 alii evellebant ebulos <et> -os. **b** *glans fagi – Buchecker:* CHRON. Albr. a. 1135 p. 832,2 celum habens *eremita* pro tecto, . . . -am et glandem pro magnis petantiis *(ex Herb. Clar.).* CHART. Lux. III 135 p. 138,33 usuagium tam glandis quam -e usque ad centum porcos.

[**fagita** *v.* vegetus: LEX Baiuv. 22,6 *(var. l.).*]

***fagitis** *v.* *sphagitis. ***fagitum** *v.* *fagetum.

fagla *v.* facula. ***fagolidorus** *v.* *phagoloidorus.

fagundia *v.* facundia.

fagus, -i *f. vel rarius* **faga,** -ae *f. script.:* fabus: *l.65.68.* favus *vel* fava: *l.65.68.70.* φηγός – *Buche:* **1** *in univ. (de termino: l.70.72. al.):* LEX Baiuv. 22,4 de favis (-is, fabis, fabulis *var. l.*) . . . tremisse et simile restituendi censemus . . . per singulos arbores. 22,5 si malum vel pirum . . ., pari sententia ut favi (favum, fabi, -i, -um *var. l.*) perseveret. TRAD. Frising. 548 marca . . . circumiens . . . ad ˹illo temino, quę˺ (illum terminum, qui *B*) marchit ad Linza et in medietatem ˹favas III virentes et illę signas˺ (-orum trium virentium et illa signa *B*) in eis habent. CHART. Sangall. A 564 p. 177,33sq. usque ad -um . . . et ab ipsa -o *eqs.* ANTIDOT. Glasg. p. 160,2 -e arboris glannes tritas . . . inpone. CHART. Xant. 119 ubi . . . glandes . . . -orum contigerit haberi. *saepe.* **2** *in nominibus:* **a** *locorum:* DIPL. Heinr. IV. 156 p. 202,31 aput Fagumvillam *('Foug').* METELL. Quir. 63,6 Fagus *('Puchhof', cf. ind. p. 389)* habet locus is notamen. *al.* *in cognomine:* CHART. Advoc. 66 p. 32,11 (a. 1237) Sophia de Alta -o. CHART. Hall. 237 dominus C<onradus> de Alta -o. CHART. Sil. D II 231 p. 140,14 ab Ulrico dicto de Alta -o *('Hohenbüchen').* **b** *plantae:* spina -i *i. q. spina alba (Crataegus oxyacantha L.) – Weißdorn (cf. p.43,52):* ALBERT. M. animal. 8,18 est haec spina magna, quam quidam vocant spinam albam et alii . . . spinam -i.

***faida** (pha-, fei-, fahi-, fayda, -dia), -ae *f. vel rarius* ***faidus,** -i *m.* (*theod. vet.* [gi]fēhida, vêhe[de]) *confunditur c.* feudum: LEX fam. Worm. 18 *(var. l.).* **1** *inimicitia, vindicta – Feindschaft, (private) Vergeltung, Blutrache, 'Fehde' (de re v. HRG I. p. 1083sqq. LexMA. IV. p. 331sqq. Stotz, Handb. 1,III § 28.5):* EDICT. Roth. 45 de feritas . . . conponatur c e s s a n t e -a (75. 138 [-e, feida *var. l.*]). LEG. Lang. p. 160,21 -a (-am, phaida *var. l.*) . . . conponere. p. 533b,9 de faydis. CAPIT. reg. Franc. 15,21 si qui propter -am fugiunt in alias patrias. LEX Saxon. 59 excepta -a (feida *var. l.*). REGINO syn. caus. 2,5,1 pro vindicta parentum, quod -am dicimus. RUODLIEB I 63 propter -as sibi multas undique nactas . . . debuit exiliari. CHART. Lux. I 550,6 qui *(homines)* propter guerram . . . inciderunt in -iam. *saepe.* **2** *satisfactio data pro damno inimicitiam provocante – Fehdegeld:* LEX Sal. Merov. 35,9 inter fre(d)o et -o (-um, facto) sunt MDCCC denarii. 88 dominus . . . iuxta modum . . . culpae inter fredo et -o compensabitur. EDICT. Roth. 387 -a non requiratur (*item* LEG. Lang. p. 95,2). LEG. Lang. p. 160,18 -a (fahida *var. l.*) et anagrip non requiratur. *al.*

***faidosus** (fei-, fed-, fid-, fald-, -ico-, -ito-, -ditus, fagidus, fehitus *sim.*), -a, -um. (*faida, *cf. Stotz, Handb. 2,VI § 81.3*) *struct. c. abl.: l.44.* *usu subst.: l.41.45.48.*

1 *de reo i. q. faidae, inimicitiae (omnium) expositus, bannitus, profugus – der Fehde ausgesetzt, vogelfrei, geächtet:* LEX Baiuv. 2,8 si quis hominem per iussionem regis . . . sui . . . occiderit, non requiratur ei nec fei-us (-us, fed-, fid-, foed-, feuto-, feito-, feitusus, fehitus, fald-, frid- *sim. var. l.;* gloss.: id est gifeh *T1;* id est giueher *Gw*) sit. CAPIT. reg. Franc. 218,7 fagidis . . . quicumque . . . commotionem fecerit (*inde* CHRON. Cas. 3 p. 470,32). CONST. imp. I 424,2 ut nemo quamvis (quavis *codd.*) culpa -us (faic- *codd., item* 425,2; factiosus *ed. Philippi*) . . . tollere presumat arma. 424,12 precipue -is (faic- *codd., item* 425,12) . . . pacis statuta traditio est. LEX Frision. 2,7 -us permaneat *homicida*, donec in gratiam cum propinquis occisi revertatur. add. 1,1 de pace -i: homo -us pacem habeat in ecclesia. **2** *de persecutore i. q. faidam portans, inimicus – Fehde führend, verfeindet:* CAPIT. reg. Franc. 44,5 si -us (quis *add. pars codd.*) sit, discutiatur . . ., quis e duobus contrarius sit, ut pacati sint. 79,2 de -is hominibus, qui solent incongruas commotiones facere. *al.*

***faila,** -ae *f.* *(francog. vet.* faille; *cf. Tobler-Lommatzsch, Altfrz. Wb. III. p. 1559) de vestimento fort. i. q. paenula, amictus – viell.: Umhang, Mantel:* WOLFGER. itin. comput. 4,22 p. 93 pro zindalo ad -am episcopi XXXII sol. 4,23 p. 93 pro brunetto ad eandem -am duo tal. 5,69 p. 99 de paranda -a *(de interpr. v. ind. ed.).* *cf.* *falia.

fainus *v.* faginus.

fala, -ae *f.* *turris (in obsidione exstructa) – (Belagerungs-)Turm:* ABBO SANGERM. bell. 1,19 tutrices . . . cis urbem speculare -as (gloss.: turres). 1,424. 2,26. *ibid. al. v. et p. 45,10.*

***falacio** *v.* *fallatio. **1. falanga** *v.* phalanga.

2. falanga *v.* phalanx.

***falangagium,** -i *vel* ***falangaticum** (va-), -i *n.* *(ital.* falangaggio [*ex* phalanga]; *v. Battisti-Alessio, Diz. etim. ital. II. p. 1584; de formatione cf. e. g.* *ancoraticum *et Stotz, Handb. 2,VI § 70) tributum pro phalanga in portu figenda vel fixa utenda solvendum – Pflockgebühr:* ACTA imp. Winkelm. I 218 p. 202,7 (a. 1221) nichil . . . ratione . . . plateatici, -ci (va-

var. l.), rypatici . . . exigatur (*item* 219 p. 203,24). GREG. IX. registr. 394 p. 312,21 a prestatione . . . -ci. ACTA imp. Winkelm. I 883 p. 673,34 iure -gii. p. 673,36 ius . . . -gii.

falangia *v.* phalanx. **falangion** *v.* phalangium.

falangitis *v.* phalangitis. **falangum** *v.* phalanga.

falanx *v.* phalanx.

falarica (pha-), -ae *f.* *script.* -lur-: ALDH. virg. I p. 311,17 *(var. l.).* *telum grande, malleolus – Wurfspeer, Brandpfeil:* GODESC. SAXO theol. 22 p. 313,6 ph-is de muro feritur *sodalis* amaris. ABBO SANGERM. bell. 1,213 mittitur arte fala (gloss.: a turri) vexare -a (gloss.: balista) binos artifices. PETR. DAM. epist. 28 p. 274,4 -is (fallaritatis, falerati, falsati *var. l.*) missilia iaculentur. FRAGM. de exp. Frid. I. imp. p. 14,1 hanc *(crucem)* ictu ph-e gens seva diruit. GESTA Ern. duc. II p. 264,7 venabula, -e (gloss.: -a ger vel balster est telum ingens), id est gerein, . . . fabricantur. *al.*

***falaricus,** -a, -um. *ignifer, ardens – Feuer tragend, glühend, Feuer- (in imag.):* PETR. DAM. epist. 80 p. 415,27 -o telo . . . esse perfossum. 105 p. 162,19 repugnantibus . . . -a spirat *abbas* animadversione vindictam.

***falcarium** (-lsa-), -i *n. (an* -us, -i *m.?)* *(prov.* falsart, *francog. vet.* fausart *sim.; v. Wartburg, Frz. etym. Wb. III. p. 404[b] et notam 10; cf. et Tobler-Lommatzsch, Altfrz. Wb. III. p. 1643)* *falx, telum, ensis, sica – (sichelförmige) Stoßwaffe, Degen:* CHRON. Albr. a. 1214 p. 901,11 occiditur . . . miles . . . cultello in capite percussus longo, gracili, trialemello, quem -sarium vocant *(ex Wilh. Brett.).*

falcarius (fel-, -lka-), -i *m.* *qui falcem (i. arma) gerit, miles serviens – Waffenträger, Kriegsknecht, Dienstmann:* DIPL. Karoli III. 85 p. 138,25 sint *canonici* . . . ab omni publica exactione immunes tam ipsi quam omnes eorum homines liberi et servi, libellarii atque fe-i (*inde* DIPL. Otton. I. 256 p. 366,15). CHART. Altenburg. 2 (a. 1064/65) iste sunt curię, que pertinent ad mensam regis Romanorum: . . . Gruna, ibi pertinent -karii regis, Eskenwege.

***falcastrator,** -oris *m.* *messor – Schnitter:* REGISTR. Maxim. p. 111,21 (c. 1220) carpentarius . . . in die, quo foenum nostrum secatur, aderit, -es corriget et ius secantis recipiet.

1. fatus, -us *m.* **1** *sermo, verbum – Rede, Wort:* HEIRIC. Germ. I 3,319 quibus orta parentibus esset *puella* . . ., -u perquirit amico. GESTA Bereng. 1,106 sacris ita -bus ora resolvit (gloss.: i. e. cępit loqui): *'eqs.'* THEOD. THEOL. Conr. 5 p. 217b,54 domnus . . . non tam -u linguae quam ipse coepit opere clamare illud divinitus reductum ante oculos mentis suae: *'eqs.' saepius. facultas loquendi, oratio – Sprachvermögen, Sprache:* MIRAC. Bert. 4 p. 511,26 fratres . . . intellegentes ei *(sc. aegroto)* a Domino . . . concessum esse auditum et -um . . . Deo grates . . . referebant. **2** *dicio, lex – Gewalt, Gesetz:* BONIF. carm. 2,6 sub excelsi -u omnia saecla diu tuta tenent iusti.

2. fatus *v.* for.

fatuus, -a, -um. *script.* va-: *l.26. pendet* in: *l.33.* **1** *strictius i. q. stultus, hebes, vecors – einfältig, töricht, dumm:* **a** *adi.:* **α** *de anim.:* RADBERT. corp. Dom. 21,183 virgines, inquam, sed prudentes et pudicas, quia sunt et -ae intus in animo (CHRON. Ebersb. II p. 6a,57 v-ae virgines). GUIDO ARET. prol. antiph. 3 super omnes homines -i (facti, statuti, miseri *sim. var. l.*) sunt cantores. ALBERT. M. animal. 23,119 haec avis *(sc. phasianus)* -a est et facile decipitur. animal. quaest. 18,4capit. quare sapientes . . . ut plurimum generant filios -os. *saepius. imperitus, rudis – unwissend, unerfahren:* CHART. march. Misn. II 55 p. 48,27 (spur. s. XII.med.) quamvis in ecclesi<astici>s rebus adhuc essem tener et -us. **β** *de rebus:* WALTH. SPIR. Christoph. I 15 quę olim -is armatę facibus . . . ad iuvenum prępparabantur amplexus, . . . obviam sponso accensis fecit ire lampadibus. OTTO FRISING. gest. 1,57 pro contumaci fatuitate vel -a contumacia sua puniendus Sigerio abbati . . . commissus . . . vitam . . . finivit *Eum.* ALBERT. M. animal. 8,194 -o regno, quod non sibi providet, magis assimilatur regnum vespae quam apis. ficus -a *i. q. sycomorus – Maulbeerfeige (per pravam interpr., quasi a* μωρός *ductum sit; cf. Greg. M. moral. 27,79; aliter: l.55):* GLOSS. med. cod. Trev. p. 139,19 sicomorus, id est serte -e fici fructus, et dicitur ficus -a, moro similis, sicos ficus et moro graece latine -us dicitur. THEOD. TRUD. Bav. 4 Zachaeus . . . sycomorum, quae ficus -a dicitur, ascendit. ALPHITA I p. 314,9 siccomorus, id est ficcus -a. **b** *subst.:* **α** *masc.:* VITA Liutg. I 27 p. 73,22 quam *(vitam)* ipse, dum a -is (rusticis *var. l.*) contempneretur, a Domino impetraerit. GODESC. SAXO theol. 7 p. 192,16 simplices et -i possunt nescienter ab hereticis decipi. *al. v. et l.9.* **β** *neutr.:* MILO carm. 1,6,3,154 si liceat -is conferre benigna. MANEG. c. Wolfh. 7 p. 58,2 in presentia sua *(sc. Spiritus)* nichil -um vel inutile esse potest. **2** *latius i. q. infructuosus, sterilis – unfruchtbar:* CARM. Bur. 26,1,12 in te succidi metue radices ficus -e, cum fructus nullos atteras. ficus -a *i. q. ficus silvestris, caprificus – Wilder Feigenbaum (aliter: l.40):* ALBERT. M. veget. 1,164 tam domesticarum quam hortensium quam etiam silvestrium quaedam faciunt fructum . . . et quaedam non, sicut salix et oleaster et ficus -a *(v. notam ed. et ind. p. 716).* 6,103 quae *(sc. arbor)* ficus -a vocatur et celsa latine dicitur. 7,168 animal. 17,31 differentia . . . inter arbores fructiferas et steriles, quae sunt eiusdem formae et figurae, sicut est oleaster agrestis et oliva fructifera et sicut ortensis fructifera et ficus -a agrestis. 23,97.

adv. **fatue.** *stulte – töricht, dumm:* PAX Valenc. 25 quicunque -e loquetur contra homines pacis dicens: 'vos homines pacis estis periuri'. HONOR. III. registr. 227 p. 156,37 plures . . . -e cogitantes, quod manus eorum excelsa et non Deus omnia hec fecisset, dissoluti sunt. CHRON. reg. cont. IV a. 1235 p. 266,39 si quis sua bona mimis . . . -e largiatur.

1. fava *v.* faba. **2. fava** *v.* fagus.

favaria *v.* fabaria.

***favarola,** -ae *f.* (*cf. francog.* faverole, féverole) *Vicia faba (L.) – Pferde-, Faberbohne:* BERNH. PROV. comm. 6,1 p. 289,29 de provocantibus sudorem colupna prima de herbis: malva, bismalva . . ., branca ursina, volubilis, -a, cinoglossa, radix lilii . . ., ungula caballina, memitha, hec IX . . . in fomentis circa pedes factis provocant sudorem.

***favatinus** *v.* *fabatinus. **favatus** *v.* fabatus.

faucerna *v.* *falterna. **fauctor** *v.* fautor.

?favea (fabra), -ae *f.* *puella, filia – Mädchen, Tochter:* FORM. Augiens. B 24 quod ego fabram *(v. notam ed.)* tuam aut neptam tuam . . . accepissem.

favello *v.* fabello.

?faventia, -ae *f.* *gratia, favor – Gunst:* AETHICUS p. 207,13 o celeberrima natorum -a fetosa, ope et viribus inclita Macedonia, habes Olimphum.

faveo, favi, fautum, -ere. *script.:* va-: DIPL. Karoli III. 29 *(cod.).* fabe-: *l.36.58. depon.: l.66. struct. notabiliores: c. gen.: p.103,39 (dub.).40. c. acc.: p.103,29sqq. al. c. praep.:* ad: *p.103,15. adde* THIETM. chron. 5,40. 6,43. in: *l.33.69.p.103,17. acc. c. inf.: p.103,7.19.* ut: *p.103,24. metr.* favente: HROTSV. gest. 44. *partic. praes. usu subst.: l.30.60. adde* LEG. Wisig. 12,2,14 p. 423,8. *confunditur c.* fovere: *l.30.p.103,27sqq.*

I *bene velle, propitium esse, subsidium ferre, auxiliari – (zu)geneigt, gewogen, günstig gesinnt sein, Förderung zukommen lassen, helfen:* **A** *strictius:* **1** *gener.:* **a** *de hominibus:* **α** *in univ.:* LEG. Wisig. 12,2,14 p. 423,8 locuplex remuneratio christianis -entibus hic et in eternum copiosa proveniat. RADBERT. corp. Dom. prol. ad Warinum l. 12 uti iustitiae -entibus (foventibus, facientibus *var. l.*) moris est. AGIUS comput. 1,37 precor hac huic operi vos mente -ere, quo me hac *(sic?)* animo composuisse scio. CARM. imag. 10,1,19 quisquis in hoc *(sc. opere mutationis in melius)* -at, communia premia sumat. DIPL. Heinr. II. 44 advocatum . . . stabilitati -entem securę perquirant *(sc. abbatissa et ministeriales).* CHART. Brixin. 74 p. 81,14 sibi invicem . . . episcopus et comes fabebunt et asstabunt. *saepius. in formulis chartarum:* DIPL. Ludow. Germ. 13 p. 15,25 Hludouuicus d i v i n a -ente g r a t i a rex *(persaepe; sim.* DIPL. Ludow. Germ. 68 p. 95,40 d. -ente clementia. *persaepe).* DIPL. Karoli M. 232 p. 319,6 (spur.) viri cum . . . coniuge nostra Hiltiggarda, ea obnixe astipulante et -ente, celsitudinis nostrę culmen adierunt (*sim.* 231 p. 316,31 [spur.] Hilthegarda regina -ente et Keroldo comite . . . rogante). **β** *c. notione favorem ostendendi:* CARM. Bur. 102,2,1 temptat *Paris* Tyndaridem, -et illa, relinquit Atridem. 178,3,2 que cupit, ut placeat, huic placeam; ipsa prior -at, ut -am. **γ** *indulgere, servire – willfahren, dienen:* IONAS BOB. Ved. 7 p. 315,3 non quod . . . gulae -erit (fuerat *var. l.*), sed quo adunatam ad regis prandium turbam suis salubribus doctrinis edocerit. **δ** ore -ere *i. q. silere, tacere – schweigen:* TRANSL. sang. Dom. in Aug. 11 cunctis . . . ore -entibus huiusmodi dictis eos *(missos)* compellare memoratur *imperator: 'eqs.'* **b** *de rebus:* ALCUIN. carm. 9,182 hostibus expulsis moenia vestra -ent. THIETM. chron. 5,11 nullum . . . eis *(sc. Heinrico cum primis)* patefecit *dux* Reno -ente ingressum. CHART. Traiect. 306 p. 281,15 (dipl. Heinr. V.) comitatum prepositis . . . -ente et assistente eis iure . . . confirmavimus. *al.* **2** *publ. et iur.:* LEG. Wisig. 7,4,6 si -ens (fab- *var. l.*) criminibus non vindicaverit *iudex* innocentem et absolverit criminosum. CAPIT. reg. Franc. 243,4 omnes -entes facinori eius *(feminae). de praecipuo iure emendi:* ACTA civ. Rost. A I 1,430 p. 60 (s. XIII.med.) si potest *Petrus* redimere domum, debet sibi *(avunculo)* -ere melius quam alteri, et vult vendere aream, debet avunculo suo melius -ere quam alteri. **B** *latius i. q. adhaerere, deditum esse, obsequi – anhängen, ergeben sein, Folge leisten:* VITA Elig. 2,37 p. 721,31 cum episcopi . . . p a r t i b u s reginae -rentur (-rent *var. l.;* ANNAL. Fuld. II a. 842 p. 33,10 quae *[civitates]* p. Hlutharii -bant. *al. cf. p.103,39. sim.* RADBERT. Arsen. 2,8 p. 70,12 si vellet -ere illis in p.). DIPL. Ludow. Inf. 20 p. 126,16 Pernharto . . . invasori -it *Salomon.* REGINO chron. a. 787 p. 55,41 apostolicus . . . anathematizavit . . . Tassilonem et omnes illi -entes. CARM. Bur. 11,3 nummo venalis -et (facit, patet *var. l.*)

[Staub]

ordo pontificalis. *al.*

II *(ap)plaudere, acclamare – Beifall zollen, zujubeln:* **A** *favorem praestare, honorem habere – Gunst, Ehre erweisen:* WALTH. SPIR. Christoph. II 2,81 cum suspensa cibo -ant animalia Christo. EKKEH. IV. bened. I 20,100 testes quingenti de morte -ent redeunti. **B** *gaudere – begrüßen, sich freuen:* CARM. Cantabr. A 41,12 te reginam nostram maris esse -et factura. **C** *adnuere, assentiri, astipulari, approbare – einwilligen, zustimmen, beipflichten, einverstanden sein:* **1** *strictius:* DIPL. Loth. I. 60 p. 166,33 cum petitionibus servorum Dei ... -emus (DIPL. Zwent. 17 peticionibus -entes. *al.*). RICHER. REM. hist. 4,3 pro parte ... ei *(Ludovico)* -tum est, pro parte vero suppressum (*sim.* 4,26 ei *[Arnulfo]* a me -tum est). THIETM. chron. 5,44 Tagino ... consecratus est presente rege ... omnibusque coepiscopis ad haec -entibus. CHART. episc. Halb. 135 l. 20 (dipl. Heinr. V.) ipse *(imperator)* post cetera ... principibus in id ipsum -entibus legem tulit ..., ne *eqs. saepius. pendet acc. c. inf.:* HELM. chron. 32 p. 60,11 -it ... principum unanimitas te *(sc. Heinricum)* non solum regno, verum et ecclesiastica communione privandum. **2** *latius i. q. concedere – zubilligen, zugestehen:* DIPL. Karoli III. 47 p. 78,29 sicut ... parentes nostri ... ecclesiam sub eorum defensione ... receperunt, ita et nos in omni defensione rerum et terminorum ... -emus, ut nullus ... exator *(sic)* ... servitia ab eis exigat. CHART. Basil. A I 111 p. 171,7 in comitatu ... Amosensi duo altaria -it *Hugo* illi *(monasterio).*

III *c. acc. (per confusionem c. fovere) i. q. colere, (ad)iuvare – hegen, begünstigen, unterstützen:* **1** *in univ.:* IONAS BOB. Ioh. 6 matris ... ⌞affectum ut -erit⌟ (affectui -ere C), recusavit. RADBERT. Arsen. 2,10 p. 75,20 tu forte ... eum *(regem)* et omnes eos, qui eum -ent, in tua estimas potestate? VITA Bard. 20 p. 337,41 dubitanda ... haec viderentur, si nullius perspicacioris miraculi certitudine -rentur. *al.* **2** *promovere – vorantreiben:* CHRON. Noval. 5,37 quo ... -ret *Guntramnus* aliquod negotium excuciendae rei.

subst. **favens,** -entis *m. (f.: l. 39)* **1** *fautor (fautrix) – Unterstützer(in), Anhänger(in):* IONAS BOB. Columb. 1,28 p. 219,9 Theuderici partis (partes, parti, partibus *sim. var. l.*) Brunichildis -ens (parens *var. l.*) erat. 2,23 p. 284,28 conditori ... postolavit, ut ⌞sui voti⌟ (suae voti, suae voci *var. l.*) -ens adesset. **2** *adiutor – Helfer:* THANGM. Bernw. 36 p. 774,15 Thangmarus ... ad terram prostratus erectusque -entium manibus pedibus ... principis provolvitur.

adv. ***faventer**. *favorabiliter, propenso animo – wohlwollend, bereitwillig:* CHART. Hall. 142 (a. 1214) cum ... planta ... illi ..., qui, quod plantatum est, -r provehit oportunius et ad incrementa perducit, debita teneatur gratitudine respondere.

faver *v.* faber.

***favifluus,** -a, -um. (favus *et* fluere) *mellifluus – honigfließend, lieblich (in imag.):* RADBERT. Adalh. 63 sensus eius *(narrationis)* -us pinguissimo claudebatur fine.

favilla, -ae *f. script.* fabil(l)a: *p.104,11. adde* EPIST. Wisig. 7. *form. acc. sg.* -um: *l.63. c. gen. inhaerentiae: l.58.*

cinis (adhuc flagrans, levior) – (Loder-, Flug-)Asche: **1** *proprie:* **a** *strictius:* **α** *gener.:* LULL. epist. 92 p. 210,1 ut numquam ... caritatem ... frigescere sinamus velut parvam scintillam tenuis ignis fulva cinerum -a suffocatam. REGINO chron. a. 881 p. 118,13 monasteria in -am redigunt *Nortmanni* (HROTSV. Pafn. 3,11. *al.*). RUP. MEDIOL. Adalb. 6 ut hospitiolum ... -atenus cremaretur (ANNAL. Egm. a. 1076). GERH. AUGUST. Udalr. 2,27 totum *(sc. fenum)* in -as (-um *var. l.*) inmutatum invenit. *saepe. aestus, flamma – Glut, Flamme:* ALDH. virg. II 2328 ut nihil innocuis laesisset carbo -is. HROTSV. Agn. 396 cinis ... suis confrigescendo -is ... expers omnis factus fuit immo caloris. *al.* **β** *natur. et techn.:* THEOPH. sched. 3,67 minutam carbonum -am super illud *(cyprum)* proice ..., videbisque ... plumbum combustum ipsi -ae quasi gluten adhaerere. HILDEG. (?) caus. 353 cum ... homini ... crines cadere incipiunt, accipiat ... modicum -arum de triticeo aut de siligineo stramine factarum ...; -e de triticeo aut de siligineo stramine crines confortant. ALBERT. M. veget. 6,25 combustum ... habet *alnus* -am albiorem quam aliquod genus ligni, quod sit notum nobis, et quasi totum evanescit in -am talem. *spodium – Metallasche:* HILDEG. phys. 9,5 cuprum ... est velut -ae auri, scilicet ut -ae, quae de ardentibus prunis cadunt. **b** *latius i. q. pulvis, fragmentum – Staub, Überrest:* **α** *in univ.:* VITA Erasmi 218 graves ... catenę ardent continuo inque l e v e s rediere -as (359 cecidit *statua* statim inque l. est versa -as). *sordes – Schmutz:* MILO carm. 1,6,3,256 purpura pulvereis prosternitur ... -is. **β** *spectat ad reliquias, ossa:* CYPR. CORD. carm. 10,1 (MGPoet. III p. 146; c. s. X.[1]) occulit abbatis magni haec urna (gloss.: sepultura) fabilas. HROTSV. Pafn. 13,4 quoadusque pulverea -a coeunte et vivaci flatu redivivos artus iterum intrante ... Thais resurgat. *adde:* AENIGM. super turb. 7 nihil splendeat nisi unum, viro lethali fervida passione prostratum in -arum hypostasin confricabilem. **2** *meton. de homine:* THIOFR. flor. praef. l. 14 mihi vilissimę -ę familiarius vestram ... commendastis animam. **3** *in imag. vel translate:* EPIST. Mog. 25 p. 362,24 si ... presbyter ... deponeretur, ... universae religionis ordo in -a consumptionis marcesceret. CARM. Bur. 156,5,6 ardoris scintilla devolans ab illa, quam pre totis amo notis, cor meum ignivit, quod cor fit -a (*sim.* 175,3,4). CHART. Lux. IV 125 p. 181,7 gesta mortalium sub oblivionis -a solent sepius sepeliri.

favillatenus *v.* favilla *et* tenus.

favillo, -avi, -atum, -are. **1** *intrans. i. q. ardere, (de)flagrare – glühen, brennen, lodern:* AUDRAD. carm. 3,2,300 mons igneus ille *(i. rogus)* vorax fumo densusque -ans Antiochiae fines ... turbat. COSMAS chron. 3,36 p. 207,25 Ceres vestra -at, lares vestri usque ad nubila fumigant, Vulcanus tota terre in superficie furit. **2** *trans. i. q. comburere, in favillam redigere – nieder-, verbrennen, zu Asche machen:* THEOD. AMORB. Bened. I 7 monasterium ... remansit illaesum, quando cetera omnia hostile -vit incendium. DUDO hist. 1,4 (ed. Lair) Dionysii monasterium Vulcano superante est -tum. HUGO FLOR. act. 1 p. 378,5 ecclesiae extra municionem locatae ab eis *(Danis)* sunt -tae.

***favillose** *adv. flagranter, ardenter – brennend, (heftig) lodernd (in imag.):* CAPIT. Bened. 2,89 ne cupidus sanctarum rerum ignis, qui in eis est, illos *(laicos vel clericos)* -ius exurat (*sim.* 3,261 p. 119[a],21).

faunus, -i *m. script.* pha-: *l.52. numen silvestre, satyrus, silenus – Waldgott(heit), (Wald-)Schrat, Geist:* RADBOD. Bonif. 8 Bonifacius falcem manu tenens divinam omnes -os et sathyros, quos nonnulli paganorum silvestres deos appellant, funditus extirpavit. HROTSV. prim. 231 dux ... silvestrem ... locum -is monstrisque repletum fecit mundatum divinis laudibus aptum. CONR. HIRS. dial. 1475 satiri et -i monstra quaedam silvestria sunt, nudi semper et inverecundi corporis. OTTO FRISING. chron. 8,12 p. 409,17 ratione carentia ... ut simiae ..., ut -i, et si qua sunt huiusmodi, ab ... resurrectione aliena noscuntur. *al. per compar. de hominibus:* EPIST. Wisig. 7 quod de ludis teatriis -orum (ph-, phanorum, facmorum *var. l.*) scilicet ministerio sis ademptus (adeptus *var. l.*), nulli videtur incertum. CONR. HIRS. dial. 454 quo tempore -us iste *(i. Aesopus)* gentium silvis prodierit.

[favo *v.* *fano.]

favonius, -i *m. script.* fabo-, fabun-: *l.63.63.69. usu attrib.: l.63.*

1 *proprie i. q. ventus occidentalis (tepidus),* ζέφυρος – *(lauer) Westwind, Zephyr:* BEDA hist. eccl. 5,19 p. 326,12 Romam ... iturus ..., ubi navem conscendit, f l a n t e -o pulsus est *Uilfridus* Fresiam (ARBEO Emm. 32 a parte occidentali plage ⌞flante fabunio⌟ [fabo-, -o *var. l.;* fab-o vento flante VITA Emm.]). SYLL. Bern. 3,5 carbasa Circius inflat, Chorus et hinc, inde -us. WALTH. SPIR. Christoph. II 2,222 quos *(flores)* cum frigoribus primis decusserit Eurus, alternis vicibus cum vere -us affert. *al.* **2** *meton. i. q. occidens – Westen:* AETHICUS p. 205,11 quae *(provincia Lachonia)* adiacet a noto Macedoniam, a fab-o (-o *var. l.*) Achaiam.

1. favor, -oris *m. script.* fabor: *p.105,28.36. adde* FORM. Wisig. 45. *form. abl. sg.* -i: *p.105,64. confunditur c.* fervor: *p.105,60.*

[Staub]

I *usu originario i. q. benevolentia, benignitas, animus propensus, gratia – Wohlwollen, Güte, Gewogenheit, Gunst:* **A** *proprie:* **1** *spectat ad homines (Deum: l.4):* SISEB. Desid. 2 cum ... divino -e virtutibus polleret. DIPL. Karoli III. 32 p. 55,19 precibus benigno -e inclinati ... iussimus *eqs.* OTTO FRISING. gest. 1,40 Radolfum in maximo -e populi morantem invenit *princeps*. CHART. Aquens. 52 ampliori -e et gratia regali munificentia eam *(ecclesiam)* amplecti ... convenit. ACTA imp. Winkelm. I 201 p. 181,14 si ... peticio ... benignum obsequatur d e -e imperantis assensum (CHART. Eichsf. 232 de bono -e. 319 de nostro -e. *al.*). *persaepe.* *c. notione obsequii, factionis:* BERTH. chron. B a. 1078 p. 314,23 legati ... corruptos, delusos, seductos omnino omnes in -em sui regis attrahere ... non cessabant. a. 1079 p. 364,7 ipsis *(legatis apostolicis)* ... muneribus partim corruptis, partim metu minisque confractis et blanditiis, astutiis omnique ingenio in illius *(Heinrici)* -em ferme seductis. OTTO FRISING. gest. 1,31 p. 48,30 erat ... Boricius ... multos ... ex militibus nostris ad -em suum pecunia inducens. **2** *spectat ad res:* HRABAN. carm. 39,93,6 accusor reus criminis, cum non sit -r operis. VITA Mathild. I 1 p. 114,17 virginem ..., ut ... abbatissa constitueretur sanctimonialium, nobilitas simul et probitatis -r prodidit. CHART. Sangall. B 460 p. 334,30 ut ... predicationibus crucis maior auctoritatis -r accedat. **B** *meton.:* **1** *in allocutione:* WALAHFR. carm. 9,3,5 expectamus vestri promissa -is. **2** *beneficium, commodum, emolumentum, subsidium – Gunst(erweisung), Begünstigung, Vorteil(sgewährung), Unterstützung:* FORM. Wisig. 3 id maxime divinae adhortationis esse dignoscitur, cum ad faborem libertatis animus provocatur. REGINO chron. a. 869 p. 97,32 si ... Lothario in obiecto adulterii crimine -em non prestitisti neque consensum prebuisti. VITA Erasmi 9 qui refoves homines iam sepe -bus omnes. CONST. imp. II 187 p. 229,18 ut ... i n -em suum *(sc. episcopi)* et ecclesie sue munimen ... sententias ratas habere ... dignaremur (CHART. Hall. 292 p. 273,49 in -em civitatis. *al.*). *al.* *in malam partem:* LEG. Wisig. suppl. 2 p. 469,3 quisquis, si fabore lenitus aut redemptione proclivis, ... neglexerit damna et rapinam. CONST. imp. I 397,3 sunt ... quidam, qui vel violencia vel -e non permittunt ecclesias regulariter ordinari; hos ... decernimus, ut sacrilegos iudicandos; qui vero aecclesias eorum violencia vel potestativo -e susceperint, excomunicacioni subiaciantur. **3** *applausus, acclamatio – Beifall, Jubel:* **a** *honor, cultus, officium – Ehrenbezeigung, Huldigung:* PASS. Ursulae 9 -bus, quibus poterant, virginali applaudebant *(sc. rex et alii)* amori. VITA Mathild. II 10 p. 164,12 ecclesiam intravit ... non stipata turbarum obsequiis, sed incedebat sine humano -e. ANSELM. MOG. Adalb. 1138 sepulchralis honor et -r exequialis desiit et fletus. RAHEW. gest. 3,29 p. 204,5 verbum ... augusti strepitus, clamor -rque totius exercitus prosequitur. *al.* **b** *in malam partem i. q. adulatio, assentatio – Schmeichelei, schmeichelnde Zustimmung:* WALAHFR. Blaithm. 64 agmina multorum rexit ... virorum ... v a n o s ... -es pro nihilo ducens (HERM. AUGIENS. chron. a. 1043 in vano hystrionum -e nihili pendendo). REGINO chron. a. 746 p. 41,28 cum ... ab omnibus ... laudibus extolleretur, timens vir Deo plenus -em laudis humanae ... fugam ... arripere disposuit. PASS. Quir. Teg. 4 sanctus vir -es fugiebat seculi. *al.* **c** *assensio, astipulatio, (ap)probatio – Einwilligung, Zustimmung, Billigung, Einverständnis:* EINH. Karol. 30 p. 34,16 susceptum est ... consilium ab omnibus ... magno cum -e (fervore *var. l.*). DIPL. Heinr. IV. 83 p. 108,25 cum consensu et -e Egilberti ... forestum ... concessimus. VITA Heinr. IV. 6 p. 24,23 ipse communi omnium -e consecratus imperator et patricius factus Romae. TRAD. Patav. 488 Antrico et aliis quibusdam ... id communi -i collaudantibus. CHART. Eichsf. 185 p. 109,32 quicunque ... bona ... commutare voluerit, non requisito super hoc -e nostro liberam habeat facultatem. CHART. Stir. IV 220 ut ... pateat meum ... negocio -em affuisse. *saepius*.

II *per confusionem i. q. favus – (Bienen-)Wabe:* PS. HELIOD. chirurg. 95 que *(melicerides)* sunt vulnera similantia -em (favum *corr. m. al.*).

[2. favor *v.* *fano.]

favorabilis, -e. *script.* fabo-: ALDH. virg. I 40 p. 292,12 *(var. l.).* **1** *sensu pass. i. q. gratus, acceptabilis – willkommen, angenehm, wohlgefällig:* ALDH. virg. I 49 p. 303,9 -is filia Paulae et beatae Blesellae germana ... librorum ingenio praedita claruit. ALCUIN. epist. 143 p. 225,5 quicquid urbanitatis sale conditum cognoscitur, vestris *(sc. Karoli)* intellectualibus -e (saporabile *a. corr.* C) auribus et acutissimis scientiae oculis amabile esse probavimus. CHART. Sil. D I 253 si in tam pio negocio tam -i religioni favorem non prestarem. CHART. Eichsf. 501 -bus p r e c i b u s inclinati (CHART. Friburg. 284 -bus p. annuentes). **2** *sensu act. i. q. favens, benignus, benevolus, propitius – wohlwollend, geneigt, gewogen, zugetan:* **a** *de hominibus:* CHART. Raitenh. 82 p. 86,38 (epist. papae a. 1218) fratres ab incursibus malignorum taliter defendatis *(sc. episcopi),* quod ... Deum ... vobis propitium et nos reddatis exinde -es et benignos (*sim.* CHART. Lac. 42 ut universi ... circa ... cenobium existant -es et benigni). CHART. Eichsf. 240 quociens personis religiosis in suis peticionibus -es existentes ipsorum loca ... studuerimus ampliare. 320 fratres ... vobis *(sc. abbatissae)* -es et amicos benivolos faciemus. **b** *de rebus:* DIPL. Frid. I. 822 rationi consentaneum videtur iustis et rationabilibus fidelium nostrorum actibus -em nos prebere a s s e n s u m (CHART. archiep. Magd. 403 p. 531,25 -i assensu. 420 p. 553,31. *sim.* CHART. Eichsf. 178 -i coniventia. 224 ex heredum suorum permissione -i et assensu ecclesie). CHART. archiep. Magd. 426 p. 562,3 ad ecclesiarum ... utilitatem -i benignitate assurgere spe incitamur futurorum.

adv. **favorabiliter.** **1** *aeque, probe – in löblicher, billiger Weise:* ALDH. virg. I 60 p. 321,5 virginitatis gloriam rethoricis relatibus -r venerari nitebar. GODESC. SAXO theol. 9 p. 208,20 ecclesia ... cum veraciter et -r tum satis auctorabiliter laetissima canat de filio Dei: *'eqs.'* CATAL. cod. Conr. Schir. (MG Script. XVII p. 624,15) ut non solum toti provincie, sed et cunctis principibus -issime complaceret *abbas. al.* **2** *propenso animo, benigne, benevole – wohlwollend, bereitwillig, gütig, gern:* REGINO chron. a. 869 p. 98,11 Carolus ... ab ... episcopo et ... primoribus -r exceptus in regnum sublimatur. VISIO Godesc. B 4,2 quos *(calceos)* angelus ... -r eis *(sequentibus)* porrigebat. CHART. Port. 109 p. 135,21 (dipl. Frid. II.) nos ... supplicationibus ... abbatis pro se et ecclesia sua Portensi -r inclinati ... privilegium ... confirmamus. CONST. imp. III 41 quo *(ardore dilectionis)* semper tuum monasterium sumus -r amplexati. *saepius.*

***favorabilitas,** -atis *f.* (favorabilis) *favor, assensio – Wohlwollen, Zustimmung:* HARIULF. chron. 2,6 p. 52,23 intimato ... desiderio, quo sancti Richarii ecclesiam reficere ambiebat, accepit *Angilbertus* ab eodem rege cum omni -e benignam responsionem ... adiutorium suum illi nunquam defuturum spondente. CHART. Schoental. 21 (Mon. Boica XXVI p. 23,12) decimas omnes ... de manibus redimant *fratres* laicorum omni nostra suffulti licentia et -e.

favoralis, -e. **1** *adi.:* **a** *sensu pass. i. q. gloriosus, laudabilis – rühmlich, lobenswert:* ANNAL. Pegav. praef. p. 234,18 ne ... vetustatis aut oblivionis oblitteratione -is eorum *(praestantissimorum)* vita per succedentia tempora mortalium animis excideret. **b** *sensu act. i. q. favens, benignus, benevolus, propitius – wohlwollend, geneigt, gewogen, zugetan:* **α** *de rebus:* LAMB. TUIT. Herib. 2,15 p. 236,18 prefertur *vidua* opibus divitum, qui ex abundanti mittebant ad -em (favorarem L_1) intuitum *(spectat ad Vulg. Marc. 12,43sq.).* PETR. DAM. epist. 86 p. 460,9 haec *(sc. vitia)* non modo principalis censura non reprimit, sed fieri cum -is (favorabilis *var. l.*) assensus exultatione permittit. CHART. Westph. II 377 Mindensem ecclesiam ... -i et sereno gratię nostrę amplexamur affectu. LAMB. ARD. hist. 147 p. 636,42 accedunt dictis fratres vocemque loquentis voce -i laudant. *al.* *blandus, adulatorius – schmeichelnd, schmeichlerisch:* TRIUMPH. Remacli prol. p. 437,8 ut ipsa *(sc. ratio)* ... procedat in publicum sermone pompatico, quaesitura tantum -is a u r a e plausum a populo (EMBR. Mahum. 774 [Coll. Latomus 52. 1962. p. 78] extulerat ... virum ... aura -is [sonoralis *var. l.*] semper amica malis. LAMB. ARD. hist. 95 p. 606,24 propter -em mundi auram). EPIST. Hildesh. 134,50 mit-

tenda sunt . . . seculari . . . episcopo . . . verba -ia et mundana. PETR. CAS. (?) chron. 4 praef. p. 458,13 -i et inani gloria cupidi. **β** *de hominibus:* GESTA Trud. cont. I 11,5 oppidani . . . illi *(Alexandro)* -es erant. **2** *subst. masc. i. q. fautor, assecla – Anhänger:* BERTH. chron. B a. 1078 p. 317,9 quam *(causam)* quasi iustissimam cuncti -es illius *(regis)* . . . iudicio apostolico . . . decernendam . . . commendabant.

adv. **favoraliter.** **1** *propenso animo, benigne, benevole – wohlwollend, bereitwillig, gütig:* RICHER. REM. hist. 3,85 osculum dans gratiam sui -r amico impertit *rex*. GREG. CAT. chron. II p. 215,2 abbas . . . subditorum crimina -r operiens non eos in dedecus pervenire malebat. **2** *cum assensu – zustimmend, mit Zustimmung:* RICHER. REM. hist. 3,84 sententia prolata -r duci habita est. EKKEH. URAUG. Burch. 1,8 p. 145,10 cunctorum corda simul et ora -r (favoranter *var. l.*; favorabiliter *ed. Bendel*) concordantia sibimet invenit *papa*.

***favoralitas,** -atis *f.* *favor, gratia – Wohlwollen, Gunst:* FUND. Schild. 7 p. 1049,27 utpote quam Dominus gratia perfuderat *(sc. Marcswidem)*, omnium in se -em trahebat.

***favorifluus,** -a, -um. (favor *et* fluere) *favorabilis, benignus – wohlwollend, gewogen:* ARNULF. delic. 36 unica cunctarum Iesu sapientia rerum . . ., nosce -a ceptus pietate secunda.

***favoro,** -are. *favere – geneigt, gewogen sein:* ACTA imp. Winkelm. I 687 p. 542,41 (a. 1242) locum . . . auxilio Domini recuperatum cum prudentia . . . mantenebimus de cetero -ante misericordia desuper.

adv. ***favoranter.** *cum assensu – zustimmend, mit Zustimmung: v. l.15.*

***favorosus,** -a, -um. *favorabilis, benignus – wohlwollend, gewogen:* ACTA imp. Winkelm. I 681 (a. 1242) per quod *(remedium)* conducere volentes victualia hostibus arceantur et illi de Capriana magis existant nostratibus -i.

***favositas,** -atis *f.* *tinea capitis, favus q. d. – Waben-, Kopfgrind:* CONSTANT. AFRIC. theor. 8,24 p. 39^{br} sunt . . . quedam *(sc. passiones)* pertinentes soli capiti sicut allopicia, tyria, -s, furfura, capitis magnitudo.

fausgina *v.* fascina.

faustitas, -atis *f.* *prosperitas, fortuna, felicitas – glücklicher, günstiger Zustand, Glück(seligkeit):* CARM. potat. 3,6,2 est caritas monarchitas, totius cosmi -s *(ci. Moll;* fautitas *H,* faucitas *A)*.

faustus, -a, -um. *prosper, propitius, fortunatus, felix – von günstiger Vorbedeutung, günstig, glücklich:* **1** *de hominibus:* HUGEB. Wynneb. 11 vir virtutibus veneratus, mirabilibus magnificatus, -us (suffultus *var. l.*) fulgebat. WALAHFR. carm. 30,19 -us in antiquo iam disce *(sc. Heribaldus)* senescere nido. 83,3,1 athletae -i Domini superni morte devicta superastis arma hostis antiqui. *al.* *de loco personato:* CARM. imag. 3^{a},1,3 Augia -a tibi quem *(librum)* defert, praesul. **2** *de rebus:* HUGEB. Willib. 2 p. 89,28 qualiter illorum *(monachorum)* -is interfore possit familiaris vitae disciplinis. BERTH. chron. B a. 1077 p. 309,21 pro iustitia et fide -o triumphans martyrio vitam finivit *praefectus* temporalem. LAMB. HERSF. annal. a. 1075 p. 221,21 rex . . . inter -as . . . militum acclamationes in castra revertitur. *al.* *usu subst.:* VITA Liutw. 6 incolentibus -a acclamantes laeti quique propria repetunt.

adv. **fauste.** *prospere, feliciter – glücklich, wunschgemäß:* EPIST. Alcuin. app. 4$^{tit.}$ fratribus felicibus -e viventibus et ad feliciora tendentibus . . . episcopus. CHART. Lux. I 184 ut . . . feliciter teneant, fortuna v<olente> possideant, -e successoribus suis quandoque relinquant *(sc. homines praedia)*. *al.*

[fautiatam *v.* saucio.**]**

***fautio** (fauctio), -onis *f.* (favere) **1** *subsidium, suffragium – Unterstützung:* SIGEBOTO Paulin. 50 p. 934,36 qui *(Lambertus)* . . . ad obtinendum, quod intenderat, complices sibi multos promissis aureis montibus conscivit, ut falsis inniteretur -bus, qui deficeret argumentis veracibus. **2** *consensus (in malo), factio, coniuratio – Parteiung, Verschwörung:* ANNAL. Ianuens. I p. 219,25 per plebeia nostra rasse et -es semper tempore litis civilis aderant. p. 220,21 cogitaverunt *consules* . . . -ctiones, id est congregationes in malo, quo pacto vel quibus modis rumpi vel frangi possent.

fautor (factor, fauctor), -oris *m.* *script. et form.:* fator: *l. 25.* *dat. sg.* facture: *l. 30.* **1** *qui favet, benefactor, tutor, adiutor – Gönner, Förderer, Begünstiger, Unterstützer:* **a** *in bonam partem:* EIGIL Sturm. 4 tali studio *(sc. ut artiori se vita constringeret)* devotissimus -r gratanter exstitit *(sc. Bonifatius)*. HINCM. annal. a. 863 p. 99,18 (epist. papae) episcopos . . . in tali facto eum *(regem)* habuisse auctores atque -es (fauc-, fac- *var. l.*) pene totus . . . orbis . . . referebat. IOH. VEN. chron. p. 142,26 fuit *pastor* . . . ecclesiarum recreator, clericorum et monachorum fauctor. DIPL. Heinr. IV. 404 -es *(ed.;* fauc- *cod.)* ac defensores honoris nostri. CHRON. Thietm. 6,38 utinam hanc *(ecclesiam)* voluisset suscipere, qui me -em certissimum ad ea, quibus indigeret, non dubitaret habere. *al.* *de diis, Deo, sanctis:* WALAHFR. carm. 77,1,3 festa . . . martyr Ianuarius mox -r invisit. RIMB. Anscar. 26 p. 57,18 si . . . d i i s -bus illi *(sc. populus)* tuae consenserint voluntati (THIETM. chron. 4,13). GODESC. SAXO carm. 2,2,3 summe creator et reparator, sis mihi factor semper et auctor. DIPL. Conr. I. 15 -e omnium Christo propitio regni gubernacula suscepimus. *al.* **b** *in malam partem:* DIPL. Karoli III. 12 p. 19,16 iniquitatum. WIDUK. gest. 2,11 p. 77,8 fraternae -r discordiae. DIPL. Otton. III. 206 p. 617,34 delinquentium -es atque defensores. THIETM. chron. 2,34 Evurhardus dux . . . cum caeteris nequiciae suimet -bus. CHRON. Tarv. a. 1222 qui *(rex)* multum . . . laborabat contra comitem Tolexanum fatorem (-em *var. l.*) hereticorum et audacissimum defensorem. *al.* **2** *assecla, satelles – Anhänger, Parteigänger:* IONAS BOB. Columb. 2,9 p. 248,12 ut nonnullos . . . adsentationis *(i. haereseos)* fauc-es facere queat *Agrestius*. VITA Sulp. 6 (MGMer. IV p. 375,22) Dagobertus . . . praecepit facture (fac-e *A2;* -i *rec. B*) suo Lolloni *eqs.* HINCM. annal. a. 868 p. 149,31 (epist. papae) cum omnibus fauc-bus (fac- *var. l.*), consentaneis et sequacibus suis anathemate . . . subiaceat *Anastasius*. REGINO chron. a. 869 p. 97,30 sequaces ac -es regis. OTTO FRISING. chron. 4,3 p. 187,30 imperii. *saepe.*

fautrix, -icis *f.* *usu attrib.: l. 52.* *quae favet, adiutrix, auxiliatrix – Gönnerin, Förderin, Helferin:* **1** *de hominibus (de sanctis: l. 44; de Fortuna: l. 41):* **a** *in bonam partem:* COSMAS chron. 1,22 p. 42,24 soror nomine Mlada, virgo Deo devota . . ., pauperibus et orphanis -x larga. ARNOLD. LUB. Greg. 2,10,16 que *(Fortuna)* -x erat iuvenis. THEOD. TREV. mirac. Celsi 14 coepit *nonna* . . . -es suas compellare ac miris obtestationibus quaesere, quatenus sese . . . ad monasterium . . . deferre maturarent. *de sanctis:* CARM. var. III A 3,2 p. 200 nobis sis -x, virgo Dei genitrix. 3,22 Cecilia, Digna, Columba, -es propriis este simul famulis. DIPL. Heinr. IV. 227 quam *(Mariam)* specialiter nobis -em affuisse sepe didicimus. **b** *in malam partem:* SISEB. Desid. 4 -em pessimarum artium, malis amicissimam Brunigildem. **2** *de rebus personatis:* VITA Mathild. II praef. p. 146,15 ipsius . . . gratia vobis sit -x firma et comes assidua. DIPL. Heinr. II. 338 p. 720,27 Ottonis . . . cognoscentes . . . remunerationis -em gratiam Bernardo . . . cortem . . . donamus. EPIST. Hann. 3 p. 20,9 nisi tua *(sc. patroni)* auctoritas -x fuerit accusandę . . . meę temeritati.

***favulus,** -i *m.* (favus) *favus parvus – kleine Honigwabe, -scheibe:* RHYTHM. 32,11,2 partem piscis obtulerunt *(sc. apostoli)* atque mellis -um (pabulum *var. l.*).

1. favus, -i *m.* *metr.* fā-: *l.67.* **1** *proprie vel in imag. i. q. cerae apium,* μελίκηρον *– (Bienen-)Wabe, Wachs-, Honigscheibe:* **a** *gener.:* **α** *in univ.:* WANDALB. mens. 131 -is . . . croceis emissa iuventus aere sub nudo ludit. VITA Willib. p. 18,46 cum . . . evangelii dulcedinem . . . percepit, -is iam glutino tenaci compositis . . . stillantia praedicationis mella diffudit. HILDEG. scivias 2,3 l. 560 ut . . . redimerem hominem per Filium meum mihi . . . ita adhaerentem, ut -us melli adhaeret. MART. VALER. buc. 3,113 quin revolatis, apes? examina reddite -is. ALBERT. M. animal. 7,119 generantur inter eas *(apes)* in casis et -is vermes nocentes apibus. *saepe.* *de vespis:* ALBERT. M. animal. 8,193 in sterilibus . . . alvearibus *(sc. vesparum)* inveniuntur aliquando duo vel tres -i ad plus . . .; dico autem -os parietem unum cerae, in quo sunt casae plures per ordinem foraminum altrinsecus dispositorum. **β** *spectat ad ipsum mel*

(fere in imag.): RHYTHM. 42,19,4 -um . . . m e l l i s convescens corporaliter verusque homo veram carnem protulit *(sc. Christus;* CARM. Bur. 164,3,6 -um m. eximium dulci propinat *Corinna* ore. *al.).* ALTFR. Liutg. 1,11 Liudgerus . . . cupiens saturare se praelibati dulcedine -i petiit . . . licentiam redeundi ad magistrum Alchuinum. LAMB. LEOD. Matth. I 2044 de apibus . . .: iam sacra signa -o manus ebria condiat atque ad nova mella sagax se pagina conferat. *al.* **b** *medic. de morbo cutis i. q.* κηρίον, *achora, tinea capitis – Waben-, Kopfgrind, 'Favus':* CONSTANT. AFRIC. theor. 8,24 p. 39a^{v},14 huius *(mellicivae)* multe sunt species; est . . ., que vocatur -us et de phlegmate salso nascitur. 9,15 p. 43b^{v},54 -us est quasi formica, sed humori uveo magis vicina. GLOSS. Roger. II 378 solet hoc genus scabiei *(sc. ruma)* cum pruritu contingere, a Constantino appellatur -us. III 212 que *(superfluitas)* apparet in modum tinee et emittit a se liquorem ad modum mellis et dicitur -us. ALPHITA I p. 272,19 achora est morbus capitis circa cutem inimica habens foramina ad modum canistri, id est -i (II p. 1,24 fani); unde etiam -us (II p. 1,25 fanus) . . . dicitur. **2** *translate i. q. suavitas, iucunditas – Lieblichkeit, Annehmlichkeit, Gefälligkeit:* RADBERT. Adalh. 57 'guttur illius suavissimum' ob -um eloquentiae. REIN. ALEM. phagifac. 392 tibi precipue sit pura mente colendus verborum morumque -us. *al.*

2. favus *v.* fagus.

faux, -cis *f. script. et form.:* foc-: *p. 110,21. 23. 26. al.* fuc-: *p. 110,28. adde* ANNAL. Ianuens. II p. 133,13. *ibid. al. abl.: sg.* -ca: *p. 110,23. plur.:* -cebus: *l. 32.* -cis: EPIST. Wisig. 20 p. 690,2. *gen. plur.* -tium: *l. 42. saepe usu plur.*

gula, iugulum, gurgulio – Kehle, Rachen, Gurgel:

I *proprie vel in imag.:* **A** *strictius:* **1** *gener.:* **a** *univ.:* CHRON. Fred. 3,80 Gunthramnus . . . Dracoleno mactat in -ebus. RUOTG. Brun. 43 p. 46,18 anhelitus intercluso -ium meatu vitalium lassitudinem premonstravit. WALTH. SPIR. Christoph. II 3,61 eripe me, . . . sinergia patris, irarum manibus ac . . . thoracem galeamque tui portende pavoris -bus invidiae. THIETM. chron. 2,9 qui *(Conradus)* captivos cum omni preda ex lupi raptoris -bus eripuit. *saepe. de verme:* THIOFR. Willibr. II 4,114 soma sacrum . . . non vermis -e minutum. **b** *spectat ad vocem edendam:* CARM. Paul. Diac. app. I 4,2,1 cecini de -e (fasce *a. corr. cod.*) libellos psalmorum. OTFR. ad Liutb. 73 ob stridorem . . . dentium . . . 'z' utuntur, 'k' autem ob -tium sonoritatem. EKKEH. IV. bened. I prol. 2,90 -e (gloss.: id est arteriis, quibus vox hilaratur) sit . . . melior, boesis cui gratia maior. *saepius.* **c** *spectat ad gustum, gustatum sim.:* ARBEO Corb. 8 manna . . . populo . . . secundum animi voluntatem diversis -bus diversum reddebat saporem. WALAHFR. hort. 178 candorque saporque oblectant -es. ALBERT. M. Iob 12,11 -es . . . saepe contritum cibum et undique tactum secundum saporem diiudicant. *al.* **2** *natur., medic., anat.:* RECEPT. Lauresh. 2,42 capit. p. 81 ad uvam distillantem et ad -es tumentes. ALFAN. premn. phys. 14,4 p. 91 thorax et pulmo et trachea arteria et -es (fames *var. l.*; *PG 40,668^{B}* λάρυγξ) . . . exspirationis sunt instrumenta. 28,16 p. 137 huic *(sc. gutturi coniungitur)* . . . -x (*PG 40,713^{A}* φάρυξ [φάρυγξ, λάρυγξ *var. l.*]), deinde os et nasus. TRACT. de aegr. cur. p. 110,20 branchos est prefocatio -ium. ALBERT. M. animal. 2,62 qui *(lucius)* -es superiores habet plenos dentibus. *saepe.* **B** *latius i. q. mandibula, maxilla – Kinnbacken, -lade:* HEINR. WIRZ. cur. 674 sternit millenos -x (gloss. S: maxilla) asinina viros *(cf. Vulg. iud. 15,15).*

II *per compar. de rebus:* **A** *in univ.:* TRACT. de fist. org. p. 16 quod *(instrumentum)* in ipso angusto aditu -ium . . . aperientem et claudentem habet uvam. **B** *vorago, abyssus – Schlund, Abgrund, Tiefe:* ALCUIN. rhythm. 2,4,3 (MGPoet. IV p. 908) eripe *(sc. Deus)* me . . . de laqueo delictorum et -bus inferorum. AGIUS epic. Hath. 284 tres pueros . . . avida . . . -e voravit humus. *de fumario:* EKKEH. IV. pict. Mog. 517 rapidus quos *(tres pueri)* hausit -e caminus.

III *meton. i. q. vox, interpres – Stimme, Sprachrohr, Sprecher:* COSMAS chron. 1,19 p. 39,6 nos *(sc. primates populi),* qui sumus . . . populi -es et tenemus dignitatum fasces.

IV *translate:* **A** *angustiae – Engpaß:* ANNAL. Altah. a. 1060 p. 57,5 quem *(regem)* frater . . . in ipsis -bus viarum, quas portam regni vocant, a tergo adgreditur. RAHEW. gest. 3,26 p. 199,11 augustus Alpium -es felici procinctu cepit urgere. HIST. peregr. p. 136,19 hostes inter quarundam -es rupium . . . viam precluserant. app. p. 174,21 eos *(Turcos)* vicimus . . . transeuntes . . . -es et angustissima moncium versus Susopolim. *al. pro nomine loci ('Füssen'):* VITA Magni Fauc. I 19 p. 154,17 directus sum ad locum, qui vocatur F-es, ubi prope sunt fontes Alpium Iuliarum. GERH. AUGUST. Udalr. 28,200 eas *(hubas)* servituti sancti Magni ad F-es decrevit *Etich. al.* **B** *aditus, ianua, porta – Eingang, Tor:* IOH. CANAP. Adalb. A 28 nobis et toto huic regno, cuius nos *(sc. vulgus)* -es (fautores *var. l.*) sumus, communis lex imperat (*inde* B 28 -es [-e *var. l.*]; C 28 partes). BRUNO QUERF. Adalb. A 9 quem *(episcopum)* obesę clusę artas vias egressum prima civitas Verona recepit, quę in -e regni pulcrę levat caput (*inde* B 9). WIBALD. epist. 138 p. 219,35 alius castellum in -bus monasterii edificat, alius pensiones, que coenobio solent inferri, usurpat. CHART. cell. Paulin. 24 cum . . . viculum . . . in -bus cellę . . . situm haberemus. **C** *os, ostium – (Fluss-)Mündung:* DIPL. Otton. II. 260 sub nostro mundburdio in terram omnem sancti Benedicti . . . recepimus, videlicet cellas et terras . . . et foce et aquam (*poestea:* foces). DIPL. Heinr. III. 185 p. 231,44 medietate portus, quae est in foca Sangri, medietatemque portus, qu<ae> est in -a de portu Arnaldi. DIPL. Heinr. IV. 336 p. 443,26 a -e Arni usque ad Ripaltam. 359 p. 479,1sq. a -bus veteris Sircli usque ad -es Arni. GREG. CAT. chron. I p. 193,35 ecclesia . . . in foce de fluvio Sangro. ANNAL. Ianuens. II p. 90,22 burgenses . . . armarunt galeam . . . et iverunt ad fucem Arni. *saepius.* *Staub*

fax, facis *f. taeda – Fackel, Kienspan:* **1** *proprie:* **a** *strictius:* LEX Frision. 5,1 qui domum alterius incendere volens -em manu tenet, ita ut ignis tectum . . . tangat *eqs.* ERMENR. Har. 4 p. 20,3 vidit . . . quidam suorum . . . quasi -em ardentem ex ore suo ad coelum usque protendi. ALBERT. M. animal. 12,44 taeda . . . sive fax (*p. 649^{a},23* ἄνθραξ), quae est subiectum ignis, de se non est calida. *al. in imag. vel proverb.:* EPIST. Meginh. 28 p. 225,18 ut totum episcopium . . . -bus illius furie *(i. imperatricis, cf. notam ed.),* quas illa non pice, sed pecunia illiverat, in flammas cineresque . . . evanesceret. FROUM. carm. 28,6 ignibus extinctis -e *(pro* -i, *cf. notam ed.)* desunt munera lucis. WIBALD. epist. 150 p. 251,6 superfluam . . . operam assumimus, videlicet . . . iuvare lumen solis accensis facibus (*sim.* CHART. Burgenl. II 172). *al.* **b** *latius:* **α** *sidus – Gestirn:* SYLL. Sangall. app. 5,54 haec *(Geometria)* iacet *(fort. pro* iactat, *cf. notam ed.)* . . . radium metita volubile cęlum septenasque -es per duodena loca. PASS. Ursulae 10 cum volubilis orbita Apolloniae -is tertii metam clauderet anni. EKKEH. IV. bened. I 7,14 querimus *(sc. magi)* infantem -e (gloss.: stella magna inter signa celi *eqs.*), rex, sub ęthra micantem. **β** *signum lucens, radius lucens – leuchtende Erscheinung, Lichtstrahl:* EINH. Karol. 32 p. 36,19 vidit repente delapsam caelitus cum ingenti lumine -em a dextra in sinistram . . . transcurrere (*sim.* POETA SAXO 5,621). **2** *meton.:* CARM. biblioth. 3,6,3 Carle, decus regni, fax cosmi, gloria cleri. METELL. peripar. 4,3 fons lacrimarum, crux miserorum, fax populorum *(sc. advocatus eiusque vicarius).* CARM. Bur. 156,1,4 salve, ver optatum, . . . gaudiorum fax. **3** *translate:* **a** *flamma, ardor – Flamme, Glut, Leidenschaft:* DIPL. Karoli M. 214 p. 286,23 divini amoris -e accensus *(sc. patriarcha).* RADBERT. Arsen. 1,21 p. 50,12 sopitis . . . inimicitiarum -bus. NARR. de lib. Fab. 4 nec Dei correptus timore, nec apostolico perterritus . . . terrore . . . mentis aciem a dira cupiditatis -e poterat *episcopus* revocare. *al.* **b** *lux, splendor – Licht, Glanz:* WALAHFR. Wett. 105 pange *(sc. Musa)* melos laudisque -em (gloss. R.O: lumen [id est lucem O] et ostensionem) generisque latebras. **c** *incensor, auctor – Entzünder, Verursacher:* CHRONOGR. Corb. p. 74,30 ipse *(abbas)* . . . ad respectum honorificentie regie fax et incentor et auctor omnium primus . . . existimatur. **d** *exitium – Verderben:* CARM. de Iuda 1,48 videas *(sc. mulier)* . . ., qui modo nascetur, a quo fax egredietur *eqs.*

faxina *v.* fascina. **faxiolus** *v.* phaseolus.

fax(i)us *v.* fascis. **fazzolum** *v.* fasciola.

***feadum** *v.* *feodum. **febrefugia** *v.* febrifug(i)a.

[Niederer]

febreo *v.* febrio.

***febreticus** *vel* ***febriticus,** -a, -um. **1** *adi.:* **a** *febriculosus – fiebrig:* PASS. Praeiecti I 35 in ipsa vicinia aeger quidam consistebat -itico labore confectus. **b** *qui febrem, concitationem efficit – einen fieberhaften, erregten Zustand verursachend:* PETR. DAM. epist. 57 p. 177,5 ille *(episcopus)* . . . -eticum animae piscem pauperi tradendum esse mandavit (*antea:* naupredae memoria illecebrosi gustus eum temptavit affectu). **2** *subst. masc. i. qui febri laborat – Fieberkranker:* LEO MARS. chron. 2,90 p. 344,20 (rec. II) ut, si ex aqua, qua post missarum sollemnia manus ablueret *vir Dei*, aliquis in potum -eticus . . . sumeret *eqs.*

febricans, -antis *m.* *febricitans, febricosus – Fieberkranker:* EKKEH. IV. bened. II 173 non pariat milium (gloss.: milium -bus venenum) febris ulli frigus et estum.

***febricitas,** -atis *f.* (*retrograde a* febricitare, *cf.* *febricitus) *febris, condicio febriculosa – Fieber, Fiebrigkeit:* PS. GALEN. puls. cod. Vr. 363 quod si . . . frequenter egeritur *urina* . . ., scias ex nimia -e corporis hoc fieri. urin. p. 33,4 hurina intemperata . . . in caput dolorem habentem significat non lonie (*i.* longe) ad -em. ARNOLD. SAXO flor. 3 p. 71,35 suspensus sinistro lacerto confert *ethytes lapis* pregnantibus et <contra> -em.

***febricitatio,** -onis *f.* **1** *febris, febricula – (leichtes) Fieber:* PAUL. AEGIN. cur. 177 p. 103,22 -o (*3,32,1* πυρέτια) . . . eis *(empyicis)* fit infirma et inordinata. **2** *inflammatio, ustio – Entzündung, das Brennen:* PAUL. AEGIN. cur. 202 si . . . flegmon renum aut vesice fuerit . . . cum gravedine, -e (*3,45,4* πυρώσει) et dolore et febri *eqs.* 227 facit *cerotum* . . . ad ragadas flegmonum habentes et cum -e et mordicatione in ano ulcerationes.

febricito, -avi, -atum, -are. *script. et form.:* efe-: *l. 57.* fab-: *l.42.* fib-: *l.38.* -isc-: *l.41.* -izi-: *l.50.* *partic. praes: dat. sg.* -o: *l.52.* *usu adi.: l.39.p.112,36.* *depon.: l.36.40.46.* *adde* OTTO MOR. hist. p. 207,14.

1 *febri laborare, febrire – an Fieber leiden, Fieber haben, fiebern:* VITA Severin. 2 (MGMer. III p. 169,9) rex -atus obaudivit consilium hominis *eqs.* ANTIDOT. Glasg. p. 111,26 si . . . fi-at, cocliarium dimidium accipiat. THIETM. chron. 4,58 dux iam senex et -ans . . . ad patriam transit. THANGM. Bernw. 37 confessus est . . . leviter se -ari. MIRAC. Bernw. 25 cum diu -scitaret *rusticus.* NOTULAE Wilh. Cong. 223 si non multum fa-at *patiens. saepe.* *fort. huc spectat:* COMPUT. cod. Bern. 5 Febroarius *(sc. dicitur)*, eo quod -at mundus. **2** *tremere – schlottern, zittern:* COSMAS chron. 1,5 p. 14,16 huius *(ducis)* in conspectu vestra *(sc. virorum agrestium)* -abunt (febricita habet, -ata labentur *var. l.*) genua et muta sicco palato adherebit lingua.

subst. **febricitans,** -antis *m.* *qui febri laborat, febricosus – Fieberkranker:* PASS. Leod. 36 (MGMer. V p. 318,2) refrigerantur -zitantes (-zatantes *a. corr.*). ANTIDOT. Lond. p. 18,15 tibicis -bus omnibus curat *antidotum.* ANTIDOT. Glasg. p. 121,19 refrigerium -o: cera uncias II *eqs.* OTTO FRISING. chron. 5,36 p. 260,11sqq. nonne videtur tibi *(sc. lectori)* more . . . -is mundialis dignitas volvi ac revolvi? -es (-is *a. corr.*) enim . . . crebris revolutionibus . . . se iactant. ANON. coit. 1,4,35 hic . . . modus defeccionis *(sc. subtilitas)* contingit maxime . . . -bus (efe- *var. l.*). *saepius.*

***febricitus,** -a, -um. (*retrograde a* febricitare, *cf.* *febricitas) **1** *adi. i. q. tremulus – schlotternd, zitternd: l.45.* **2** *subst. masc. i. q. febricitans, febricosus – Fieberkranker:* ANTIDOT. Cantabr. p. 165,21 confectio diacalamentis . . . ad empticos et ad -os.

febricula, -ae *f.* *febris (levis) – (leichtes) Fieber:* AURELIUS 1 p. 486,10 unde -a dicta est? a fervore veluti -a (ferbi- *cod. Augiens. CXX*; fervi- *Gariopont. pass. 6,7 p. 124v*) nuncupatur. VITA Landel. 8 (MGMer. VI p. 443,29) senilia membra . . . modica coeperunt pulsari -a. THEOD. TREV. mirac. Celsi 13 quam *(sanctimonialem)* . . . acerrima satis -a invadens totum circiter annum . . . vexavit. *al.*

***febricus,** -a, -um. *febriculosus, ardens – fiebrig, glühend:* CARM. Bur. 76,17,4 sternens eam *(sc. puellam)* lectulo fere decem horis mitigavi rabiem -i doloris.

febrifug(i)a (-ref-), -ae *f.* *script.:* falli-: *l.17.* -rof-: RECEPT. Lauresh. 2,208 *(cod.).* **1** *artemisia – Beifuß:* ANTIDOT. Lond. p. 18,30 herba artemisia, qui -efugia dicitur. ANTIDOT. Glasg. p. 122,12 unguentum frigidum, qui facit ad febrem: -ia, absencio teris *eqs. al.* *?habrotonum – ?Eberraute:* ALPHITA I p. 278,26 arthemisia domestica, -ga idem. **2** *amaracus, parthenium – Römische Kamille, Mutterkraut:* CAPIT. reg. Franc. 32,70 volumus, quod in horto omnes herbas habeant, id est: . . . tanazitam, neptam, -efugiam *eqs. (cf. Fischer-Benzon, Gartenflora. p. 62).* HILDEG. (?) caus. 394 p. 231,3 mulier . . ., que obstrusa menstrua patitur . . ., accipiat anesum et -efugiam equali pondere *eqs.* ALPHITA II p. 63,23 -ga quasi fugans febres, anglice fetherfoye. *al.* **3** *centaurea (minor) – Tausendgüldenkraut:* DYASC. p. 64b centaurea minor (gloss.: dicitur et fel terre) . . . nominatur . . . elleberitis sive amaracoan vel -ia. GLOSS. Salern. p. 5a,39 centaurea minor, fel terre, -ga. ALPHITA I p. 283,25 centaurea, fal-uga, fel terrae idem. *al.* **4** *hyoscyamus – Bilsenkraut:* ALPHITA I p. 291,2 -ga, simphoniaca idem herba est.

***febrilis,** -e. **1** *febriculosus, qui febris est – fiebrig, zum Fieber gehörig, Fieber-:* CIRCA INSTANS p. 35bv contra -em discrasiam et sitim . . . fiat decoctio pulveris eorum (*sandalorum*; *sim.* THADD. FLORENT. cons. 46 p. 104,29 cessante distemperantia -i). MATTH. PLATEAR. (?) gloss. p. 31,37 (ed. Müller) hic ponitur *splen pultri* propter capitis passiones . . . et ˻propter -es typos˼ (typos febrium *ed. Venet. p. 380A*). TRACT. de aegr. cur. p. 221,40 potest . . . febris dinosci ex calore . . . et etiam aliis -bus signis. *saepius.* **2** *febrem excitans – Fieber erregend:* ALBERT. M. somn. 1,2,5 p. 145b,44 contingit . . . humore infundi exterioribus *(organis)* calorem innaturalem aut ex cibo aut ex humore putrescente -i.

1. ferus, -a, -um. **1** *adi.:* **a** *strictius i. q. agrestis, indomitus – wild, ungebildet, ungezähmt:* BEDA hist. eccl. 1,23 p. 42,27 redire domum potius quam barbaram, -am incredulamque gentem . . . adire cogitabant *monachi.* EINH. Karol. 15 p. 18,22 omnes barbaras ac -as nationes, quae . . . Germaniam incolunt, ita perdomuit *Karolus*, ut *eqs.* RUOTG. Brun. 39 quem *(Lothariorum populum)* ipse . . . ex inculto et -o (sero *var. l.*) pacatum reddidit et mansuetum. CARM. de Frid. I. imp. 1548 primatum concors sententia censet . . . gentes dignum esse domari Marte -as. *al.* **b** *latius:* **α** *de anim. i. q. saevus, crudelis – brutal, grausam:* WALAHFR. carm. 25ᵃ,7,1 martyrum flores ⌞-us interemptor⌟ *(i. Herodes)* . . . cruciat. Mamm. 14,5 iussit *iudex* . . . strui . . . caminum, ut, quem non flexit -us unguibus, igne perurat. *al.* WALTH. SPIR. Christoph. II 5,182 dum tanta -um terrerent prelia Cacum. WIDUK. gest. 3,7 regnavit in Longobardia homo -us (fortis *var. l.*) et avarus. CARM. de Frid. I. imp. 2767 hoc -us auditu certe rex ipse pavebit. BERNH. GEIST. palp. 1,154 tempore tranquillo non est *adulandus homo* mansuetior illo *(comite)*, tempore Bellonae -ior fervente leone. **β** *de rebus i. q. atrox – schrecklich, furchtbar:* THEODULF. carm. 28,354 me medicante -o vulnere sanus eris. ANNAL. Laub. a. 846 (MG Script. I p. 15,13) VIII. Id. Iul. fuit tonitruum ingens -um. HRABAN. carm. 37,4 ver floret gemmis, has -a tollit hiems *(cf. Ov. trist. 1,1,42).* WALAHFR. hort. 256 caecum per vulnus ad intima mortem corda -am mittens *anguis.* Wett. 9 Deus . . ., pueriles dissice ludos . . ., ne dorsa -o lacerare flagello incipiat *pater.* carm. 38,40 fessa diu . . . malorum ponderibus regina -is educta tenebris. *saepius. iniustus – ungerecht:* THEODULF. carm. 28,333 qui -a iudicio pro recto praemia quaerit, ille tuum peragit, fraus inimica, nefas. **2** *subst. fem. i. q. animal agreste – wildes Tier, Wild:* PACTUS Alam. 24,3 si cum ipsam *(sc. cerva)* ruviam -a sagittata fuerit, III solidos solvat *sagittarius.* WALAHFR. Mamm. 4,20 verbum faciente magistro intentae stupuere -ae. DIPL. Zwent. 58 p. 187,3 iubemus, ut nulla persona audeat . . . sine consensu . . . pontificis . . . in silvis . . . -as . . . silvaticas venare. CHRON. Pol. 1,10 p. 28,11 existimans rex insulsus se quasi -am (predam *var. l.*) in retibus eum *(Bolezlavum)*. . . conclusisse. *persaepe.*

2. ferus *v.* ferrum. **3. ferus** *v.* verres.

***feruscula,** -ae *f.* (ferus) *animal agreste parvum – kleines Wildtier:* IONAS BOB. Columb. 1,17 p. 185,12 -am (ferusalam *var. l.*), quam vulgo homines exquirium vocant, sepe . . . manu . . . receptum suoque *(sc. Columbani)* collo inpositum . . . sepe vidisse . . . vir testabatur.

***feruta** *v.* 1. ferio.

fervura, -ae *f.* *inflammatio – Entzündung:* AGOB. 15,2 l. 3 quamvis exustiones istę . . . non multum distent a vesicis turgentibus vel . . . -is Egyptiis inlatis. *v. et p. p.172,64.*

***ferxenta** *v.* *friscinga. **fescalis** *v.* fiscalis.

fescenninus, -a, -um. *script.:* fas-: *p.180,6.* fec-: *p.180, 12.* -eni-: *p.180,6.*

1 *adi.:* **a** *strictius de ritu nuptiali i. q. genialis, sollemnis – festlich, feierlich:* DUDO hist. p. 193,8 (ed. Lair) quam *(sponsam)* Willelmus cum mirabilibus -is apparatibus . . . conduxit . . . Rotomagensis urbis arcibus. 3 p. 98,40 dedit . . . Hugo dux . . . Richardo . . . filiam suam firmamento sacramenti, non tamen statuta lege -ae coemptionis, verum denominato iuratoque termino conexionis conubialis. p. 264,22 (ed. Lair) praeparatis . . . omnibus, -o cultui quae erant necessaria . . ., eam *(sponsam)* . . . deduxit *Richardus* ad Rotomagensis urbis palatia. **b** *latius:* **α** *laetus – ausgelassen, fröhlich:* THIOFR. Willibr. I 2 p. 462ᴮ tota domus . . . -a quadam perstrepebat licentia *(sc. Willibrordo nato).* **β** *hymnicus – lobpreisend:* ODO MAGDEB. Ern. 1,19 vix . . . exierat cunis, dum -a . . . verba . . . orsus loqui . . . omni pro studio matrisque pio nutritur amore. **2** *subst.:* **a** *fem. i. q. carmen ad infantes sopiendos – Wiegenlied:* SALIMB. chron. p. 350,1 de -eninis. p. 350,22 fascenine, -arum dicuntur carmina, que mulier dicit movendo cunas, ut sopiat puerum, sine quibus puer male posset dormire. **b** *neutr. plur. i. q. hymnus – Lobgesang, Lobpreis:* RHYTHM. 96,6,3 laeti convivae, -a debita caelebrantes date trino summam Deo gloriam. NADDA Cyriac. I 22,3 Deum . . . pueros . . . in templo clamantes olim pro fec-is (-is *p. corr.*), dumtaxat preconiis, ab indignatione Phariseorum defendisse. ARNO REICHERSB. apol. p. 189,14 angeli . . . ministrabant ei *(Christo)* tanquam Deo suo et Domino; pro -is 'Gloria in excelsis Deo' canebant (*item* p. 231,33).

fescus *v.* 1. fiscus.

*?****fessio,** -onis *f.* (?fessus) *?fatigatio, labor – ?Ermüdung, Mühsal:* TRANSL. Iuven. 4 (MG Script. XXX p. 979,23; s. IX.ᵉˣ./X.ⁱⁿ.) sicut Christus pro omnibus, ita tu *(sc. episcopus)* pro tua sede commissa adhuc dura -o *(om. N; fort. perperam hoc loco additum)* expecta.

1. fessus, -a, -um. *struct. c. gen.: l.32.34.* **1** *de hominibus i. q. lassus, fatigatus, debilis, imbecillus – müde, erschöpft, geschwächt, schwach (usu subst.: l.30. al.):* WILLIB. Bonif. 7 p. 37,14 apud . . . Liodbrandum regem iam senio -is membris requiescebat. HUGEB. Willib. 3 p. 91,18 -a (festa *var. l.*) ac frigida illius *(Willibaldi)* iam ⌞tabuerunt membra corporis⌟ *(pars codd.,* tabescebant corporis artus *ed.).* WANDALB. mens. 288 requiem -is vix ipsa referre nox valet. VITA Gang. II prol. (MG Mer. VII p. 172,4) huius *(Thoraviae)* incolae . . . multa difficultate itineris . . . in ripa Rheni fluminis rerum substitere -i *(cf. Verg. Aen. 1,178).* WALTH. SPIR. Christoph. II 4,217 implevit . . . sterilem Sara . . . alvum festinans partum, quamquam sit -a dierum. *persaepe. in imag.:* WALTH. SPIR. Christoph. II 1,196 ultima *(sc. auleda, i. intervallum)* quindemum tangens proslambanomenon -a resedit humi finem dans quadrupla ludi. **2** *de rebus:* **a** *lassans, debilitans – müde machend, schwächend:* ALDH. ad Acirc. 57,6 corpora dum senio corrumpit -a (fera *L*) vetustas (*item* virg. II 640). **b** res -ae *i. q. res adversae – üble Lage, Notlage:* WALAHFR. carm. 76,49 Spira, mihi ante alias quondam dispectior urbes . . ., meis nunc -is unica rebus adiutrix. WALTH. SPIR. Christoph. II 3,183 his . . . committe tuas . . . curas ac -is rebus aptam hinc promitte medelam, qui . . . sine fine manebunt *(cf. Verg. Aen. 11,335).*

2. fessus *v.* findo. **festa** *v.* festus.

festalis, -e. **1** *adi. i. q. festivus – festlich, feierlich:* WALTH. SPIR. Christoph. II 5,26 insternat totas -is oliva plateas. **2** *subst. neutr. i. q. dies festus – Festtag, Feiertag:* RHYTHM. 149,374 concelebrant quoque grates cęlicolę -ia agentes.

[festatio *v.* infestatio.] **feste** *v.* festus.

festim *adv.* *confestim, celeriter – eilends, schnell:* VITA Liutg. I 29 p. 75,19 ipsum -m foras exeuntem subsecutus est *Thiadbald.*

festinanter *v.* festino.

festinantia (-cia), -ae *f.* *script.* -nat-: *l.64.* **1** *properatio, celeritas – Eile, Beeilung, Schnelligkeit:* PS. HUCBALD. ton. 335 ut . . . congruo celeritatis pronuntientur *psalmi* modo, ut nec nimiae protractionis taedeat nec eos inreverenti -a os ignobiliter canens ebulliat. DIPL. Frid. I. 209 p. 350,37 omnia eis *(ecclesiis)* adversantia sub omni -cia abolere. EPIST. Teg. II 193 p. 226,30 (epist. papae) nobis, quidquid apud eos *(Lombardos)* inveneritis . . ., sollicitudini nostre cum omni -atia (-a *ed. prior*) significetis *(sc. cardinales).* CONST. imp. III 118 p. 111,38 sub quadam -cia. *saepe.* **2** *acceleratio – Beschleunigung:* WANDALB. Goar. II 9 p. 54,18 cum . . . a suis, ut oraret, admonitus pro -a itineris distulisset *comes*, . . . de equo cecidit (*sim.* 11 p. 57,18).

festinatio (-cio), -onis *f.* *script.:* ve-: *p.181,1.* -tat(io): VITA Emm. 32 p. 75,7 *(var. l.).*

properatio, celeritas – Eile, Beeilung, Schnelligkeit: **1** *ge-*

ner.: ARBEO Emm. 42 p. 92,12 s u b -e *(corr. ex* v- *B2c)* . . . carpebat iter (Corb. 10 p. 199,6. ANNAL. Fuld. Ratisb. a. 887 p. 115,32 s. celeri -e. DIPL. Conr. II. 206a p. 280,13 s. omni -e). WETT. Gall. 7 c u m -e ad litus rediit (THEGAN. Ludow. 8 c. maxima -e. VITA Ludow. Pii 26 p. 364,14 summa ⌞c. -e⌟ [confestinatione *var. l.*]. CAND. FULD. Eigil. I 10 p. 227,42. GERH. AUGUST. Udalr. 1,13 l. 59 c. magna -e [CHRON. Thietm. 7,4 p. 405,4 c. magna -cione]. *al. v. et p.182,52*). *saepius. v. et p.182, 33.* **2** *medic. de rapida palpitatione venarum sive cordis ('Herzrasen'):* ANTIDOT. Augiens. p. 46,27 non facit *antidotum* angustiam neque -es aliquas et sanum reddit corpus. HILDEG. (?) caus. 473 p. 272,28 si eadem vena *(sc. in bracchio dextro)* inter hanc -em unum ictum aut duos ictus ordinate dederit et iterum deinde festinat, ut prius festinavit, anima in -e illa angustias ad exitum se habere ostendit et idcirco illam festinanter movet.

festinato *v.* festino. **festine** *v.* festinus.

festino, -avi, -atum, -are. *script.* ve-: *l.64.* **1** *proprie i. q. properare, maturare, propere se conferre – eilen, sich beeilen, sich eilends begeben:* **a** *in univ.:* **α** *gener.:* HUGEB. Willib. 2 p. 89,6 ad sacre cenobialis vitae instrumenta preparare . . . -bant *parentes Willibaldi.* WETT. Gall. 17 qui *(nuntius)* illos *(fratres)* -are compulit. WANDALB. Goar. 2,27 p. 73,8 egressus *abbas* navim oratum -at (-ant *var. l.*). LIBELL. de conv. Baiuv. 4 p. 104,3 illi *(Baiuvarii)* . . . -ando (festini *var. l.*) venientes expugnaverunt Hunos. WALTH. SPIR. Christoph. II 2,171 Christe pater . . ., in lucrum -a tuum. *persaepe.* **β** *medic. de rapida palpitatione venarum sive cordis: v. l. 14.* **b** *(cito) praeterire – (schnell) vergehen, vorübergehen:* WALTH. SPIR. Christoph. II praef. 96 -at tempus, cinerem cinis exigit. **2** *translate:* **a** *intrans.:* **α** *praepropere agere – überstürzt handeln:* VISIO Arisl. p. 327,19 noli -are, rex, mala putare. **β** *(cito) transire – (schnell) übergehen (zu):* WETT. Gall. 39 p. 279,1 multa . . . audita praetermissa sunt, dum ad ea -atur, quae visu conprobata sunt (*sim.* VITA Gall. I 9). RUOTG. Brun. 23 p. 24,8 nos . . . ad alia -antes, quid quisque de pio hoc viro loquatur, suo ipsius iuditio relinquimus. OTTO FRISING. gest. 2,16 p. 119,5 neque . . . multum ad principis triumphi titulum . . . facere arbitramur *(sc. auctor)*, si de castellis, rupibus, oppidis . . . diceremus, ad maiora -antes. **γ** *tendere – drängen, streben (nach):* TRACT. de caus. mul. 47 extrinsecus -at matrix et lectum abet inferioris *(nonnulla deesse suspicatur ed.).* 75 p. 46,30 si matrix tumiscit et os durum est . . ., si foras -ant. ALBERT. AQUENS. hist. 9,51 p. 624C rex . . . tempore rogationum, quo . . . omnia sata -ant ad messem, occupavit terram Ascalonitarum. **b** *trans.:* **α** *accelerare – beschleunigen:* VITA Mathild. II 16 p. 175,12 qui *(dux)* cum sentiret morbi gravedinem . . . augeri, i t e r -vit (CONST. imp. III 66 p. 56,4 i. -atur). CHART. Heinr. Leon. 106 p. 162,12 prepositus . . . ad hospicium rediit et -to prandio ad ducem revertitur. ELIAS SAL. mus. praef. p. 17b vix dignantur *cantores* aliquotiens pedem suum facere de cantu plano anticipando, -ando, retardando et male copulando punctos. 5 p. 21a non . . . tu minor, qui cantabis, -es punctos. *fort. huc spectat:* ALFAN. premn. phys. 40,4 p. 128 haec sunt, quae . . . sunt utrumlibet contingentia, ut movere et non movere, ⌞-are et non -are⌟ (*PG 40,768B* ὁρμᾷν καὶ μὴ ὁρμᾷν), non appetere non necessaria et appetere. *celerius comparare – zu schnell beschaffen:* EGBERT. fec. rat. 1,963 -ta manu substantia diminuetur; paulatim collecta suum spectabit acervum. **β** *niti, moliri, studere – darauf hinarbeiten, zu erreichen suchen, betreiben:* HRABAN. epist. 34 p. 469,10 age ergo et -a *(sc. Ludowicus rex)*, ut in assidua meditatione legis Dei . . . temetipsum exercens ad coronam pervenias sempiternam. VITA Galli II 1540 cornipedes . . . propero cursu -ant (v- *var. l.*) visere cellam. HRABAN. carm. 11,39 huc *(sc. in paradisum)* tu properans -a pergere, pastor. TRAD. Lunaelac. 111 unicuique necesse est cum caducis . . . rebus -are, ut adquiret ea, que . . . sunt . . . eterna (*sim.* 113). VITA Heinr. IV. 7 p. 26,20 non solum te domo tua . . . spoliat *heres*, sed et vita spoliare -at. *saepe.*

adi. **1. festinans,** -antis. *celer, velox – schnell, rasch:* THIETM. chron. 6,81 p. 370,18 ab internuntiis -bus haec *(sc. urbem deletam esse)* regina . . . conperit (*item* 7,19 p. 420,2). BERTH. chron. B a. 1078 p. 324,12 rex . . . ex legatis suis, qui pre ceteris -iores ad eum precucurrerant, quosdam . . . Mogontiacum . . . promovebat. *ellipt. i. q. nota correpta – verkürzte Note (usu mus.; de re cf. F. Reckow, Der Musiktraktat des Anonymus 4, Teil 2: Interpretation der Organum - Purum-Lehre [Beihefte zum Archiv für Musikwissenschaft 5]. 1967. p. 24sq.):* ANON. IV mus. 7 p. 85,2sqq. quartus irregularis *(sc. modus)* sic: tres -es . . ., quamvis ultima nimia, et tres -es simili modo *eqs.*

2. festinatus, -a, -um. **1** *celer, velox – schnell, rasch, eilig:* MANEG. c. Wolfh. 5 p. 53,14 si quid de meditationibus nostris excesserit, ad normam illius *(doctrinae christianae)* -o iudicio resecare *(sc. debemus).* COD. Udalr. 229 p. 401,12 consulta et considerata dilatio . . . plus . . . utilitatis solet afferre quam -a et indiscreta rei praecipitatio. CAES. HEIST. mirac. I 3,1 p. 111,12 'vade', ut confessio tua sit cita vel -a (festina *ed. prior*). VITA Mariae rhythm. 2396 exurgens -us templum introivit *Aphrodisius. fort. add. (usu subst.):* IOCALIS 821 cattus testatur: fornace cremante nocemus, precipites saltus nec -a valemus. **2** *subitus, praematurus – plötzlich, unerwartet, vorzeitig:* EINH. Karol. 14 p. 17,15 nec dictis eius *(Godofridi)* . . . omnino fides abnuebatur, quin potius putaretur tale aliquid inchoaturus, nisi -a fuisset morte praeventus. 17 p. 20,20 nec refici potuit *pons deletus* propter -um illius *(imperatoris)* decessum. INNOC. III. registr. 1,432 p. 646,19 laudabile primi *(sc. Theobaldi archiepiscopi)* propositum obitus -us, secundi *(sc. Thomae archiepiscopi)* longum exilium impedivit.

adv. **1. festinanter** (-nen-). *compar.* -cius: *l.38. cito, celeriter – schnell, rasch:* HRABAN. epist. 29 p. 445,19 -r (-enter *a. corr.* C) tuae *(sc. episcopi)* voluntati obtemperare decrevi. THANGM. (?) vita Epiph. 7 -issime . . . Ravenna egrediens . . . convocata . . . discipulorum turba festinationis causam indicat *Epiphanius.* BERTH. chron. B a. 1077 p. 279,2 qui *(homo mendax)* . . . se domum -r proripiens . . . maniaco furore de repente factus est arrepticius. PETR. DAM. epist. 104 p. 153,1 Israeliticum . . . populum idcirco rex Aegypti . . . lacerare permittitur, ut ad repromissionis arva -cius provocetur. ANON. IV. mus. 4,2 p. 72,10 melius esset non nimis -r, sed mediocriter fiat . . . melodia. *saepe. v. et l.55.p.181,15.*

2. festinato. *cito, celeriter – schnell, rasch:* EINH. Karol. 5 p. 7,22 quod *(sc. perfugam reddere)* ni -o faciat *dux.* TRANSL. sang. Dom. in Aug. 3 p. 153,30 nuntiis ad Aquasgrani palatii -o directis. CONSUET. Vird. 20 p. 404,3 duo fratres . . ., dum illi *(ceteri fratres)* persolvunt versum, -o chorum intrabunt cum thuribulis et cruce vacua. THEOPH. sched. 3,73 p. 132,2 quae *(fissurae in tabulis argenteis)* saepe contingunt ex incuria . . . vel ignorantia . . . fundentis, cum . . . nimis -o aut nimis productim effunditur. CHRON. Gozec. 1,28 p. 32,14 abbas . . . ab hoc loco discessit, . . . Hildenesheim rediit -o. *saepius.*

***festinosus,** -a, -um. **1** *de rebus i. q. celer – schnell:* CHRON. Ven. Alt. p. 95,20 ipsa *(mulier)* cum festinacione et -a navicula *(sc. navigans)* . . . ad imperatorem . . ., ut universi ad unum . . . venisset, dixit. p. 96,9 mulier vetusta cum parva et -a navicula festinanter . . . a longe ad ipsis *(sc. populos)* navigabat. **2** *de hominibus i. q. sollicitus – besorgt:* CHRON. Ven. Alt. p. 143,1 Burcallus . . . in viduis et in . . . orphanorum misericordia erat impendente, de ecclesia -us, in elemosinis . . . nimium perseverantem erat.

festinus, -a, -um. **1** *de tempore sim.:* **a** *celer, properans – schnell, eilend:* WILLIB. Bonif. 6 p. 27,27 -us . . . summum oboedientiae gradum implere temptavit *Bonifatius.* WALTH. SPIR. Christoph. II 4,90 quę *(Iudith)* cartallum -a suum cervice *(sc. Holofernis)* recisa . . . domum victrix reditura gravavit. GERH. AUGUST. Udalr. 1,12 l. 133 -is . . . legatis missis tota remigia et vada fluminum observare praecepit *rex.* ALBERT. M. animal. 5,36 crementum . . . ovorum piscium, ex quibus generantur mares, est -um propter calorem . . . maiorem. *saepe. de spatio temporis i. q. brevis – kurz:* THEOD. CERV. chirurg. 2,27 p. 152H melius est, ut . . . adiuves eam *(naturam)* cum attractione eorum, quae attrahunt illa *(sc. frusta ossium fractorum)* spatio non -o. **b** *repentinus – unmittelbar, sofort erfol-*

gend: BEDA hist. eccl. 1,21 p. 40,30 salubrem . . . tactum sanitas -a subsequitur. MANEG. c. Wolfh. 17 p. 81,7 qui *(Petrus)* . . . puram de Salvatore confessionem . . . collegis hesitantibus -a responsione depromsit. **c** *subitus – plötzlich, unerwartet:* WILLIB. Bonif. 1 p. 6,16 ita ut . . . -a patrem egritudo, subitaneo iam inminente mortis articulo, subrepsit. THIETM. chron. 1,8 p. 12,28 -o eius *(regis)* obitu . . . ac exequiis . . . intererant *frater regis et populus.* **2** *de moribus i. q. promptus – bereitwillig:* GERH. AUGUST. Udalr. 1,24 l. 43 in donando largum . . ., in adiutorio miserorum -um, multimoda benivolentia ornatum virum . . . omiserunt *fratres.*

adv. **festine** *vel* **festino.** *cito, celeriter – schnell, rasch:* WILLIB. Bonif. 4 p. 13,20 exerere curamus, quanta . . . perseverantia . . . ad alia quaeque -e properando animum incitaret. LIBELL. de conv. Baiuv. 8 p. 114,12 -e perrexit *archiepiscopus* ad imperatorem. GERH. AUGUST. Udalr. 2,11 l. 20 digitum *(sc. pistoris)* . . . adprehensum simul et cultrum -e dereliquit *Razo.* METELL. exp. Hieros. 4,820 septima christicolum legio cuneum petit illum -e directa. GESTA Ern. duc. I 1,239 Nemetum . . . -o adiit. *saepius.* *Mandrin*

festio *v.* vestio. **festitura** *v.* vestitura.

***festivalis,** -e. *ad diem festum pertinens, sollemnis – zum Festtag gehörig, Fest-, festlich:* **1** *in univ.:* ROB. TOR. chron. a. 1181 p. 530,18 transiit festus dies et ecclesia . . . ornamentum suum -em non habuit. **2** *de tributo:* REGISTR. Xant. p. 79,15 (s. XIII.[2]) sunt denarii, qui dicuntur -es, qui de oblationibus ecclesie in Dursten solvuntur *eqs.* CHART. Westph. VI 1119 preter -es redditus, quos nobis *(sc. abbati)* duximus reservandos.

festive *v.* festivus.

festivitas, -atis *f. script.:* ve-: *l.62.* fis-: *l.58.59.* -tev-: *l. 59.* -vet-: *l.58.59. metr.* -tĭv-: *l.52.*

I *proprie:* **A** *strictius:* **1** *dies festus, festum – Fest(lichkeit), Festtag (fere usu eccl.; in cultu Iudaeorum: l.38):* **a** *in univ.:* CONC. Merov. p. 69,3 si quis presbyter . . . celebrat divina mysteria, -is p r a e c i p u a s: *eqs.* (CONC. Karol. A 24[A],5. *persaepe*). LEG. Wisig. 12,3,5 ne Iudei sabbata ceterasque -es ritus sui celebrare presumant. HINCM. coll. p. 104,12 ut dies dominici et decretę -es ferientur. ADSO Frodob. 21 (MG Mer. V p. 79,14) quod eum *(pontificem)* . . . -is officiositas cumulatius occuparet. STATUT. ord. Teut. p. 76,14sq. de -bus: hec sunt -es, que in domibus hospitalis sancte Marie Theutonicorum Ierosolimitani coli solent et celebrari. *persaepe. v. et p. 94,34. 185,1.* *patrocinium – Kirchweihe:* WETT. Gall. 6 p. 260,27 conventio facta est populi ad solitam -em templi (*i. oratorii in honorem sanctae Aureliae constructi; cf.* WALAHFR. Gall. 1,6 p. 289,15 templi sollemnitas). **b** *spectat ad dies sanctis consecratos:* **α** *usu communi:* CONC. Merov. p. 179,22 non licet conpensus in domibus propriis nec pervigilius in -es sanctorum facere. AMALAR. off. 1,36,12 maior . . . -s est adventus spiritus sancti quam -s beati Iohannis baptistae. CARM. Cent. 16,51 dies lucet, . . . in quo Iohannis -s colitur. BALTH. Fridol. 1 p. 222,13 que *(responsoria)* per musicam artem in -e sancti Fridolini canenda composui. THIETM. chron. 6,81 p. 372,7 Thebeorum -s martyrum a rege ibi *(sc. Magdeburgi)* celebre ducitur. *persaepe.* **β** *in indicatione diei:* DIPL. Merov. I 156 p. 389,38 quicquid de omnes neguciantes . . . ad ipsa sancta fi-etate domni Dionisii ad illo marcado advenientes ad ipsa baseleca . . . concessissent (*item* p. 390,25). p. 390,31 ad ipsa fisteve-e. CHART. Alsat. B 271 p. 170,37 quod . . . censum annis singulis ad -em sanctae Marię . . . dare debeamus *(sc. episcopus).* FORM. Turon. 7 p. 139,15 me annis singulis ad -em (v-*var. l.*) ipsius sancti partibus vestris reddere argentum tantum. DIPL. Heinr. II. p. 536,37 data *(sc. charta est)* VIIII. kal. Mai. in -e sancti Georgii martiris. OTTO FRISING. gest. 2,6 p. 107,5 in -e apostolorum in monasterio sancti Emmerammi . . . coronatur *rex. persaepe.* **B** *latius:* **1** *nobilitas, decus, splendor – Ansehnlichkeit, Zierde, Glanz:* EPIST. Mog. 24 p. 361,19 pallii sui *(sc. archiepiscopi Coloniensis)* honor non solum est melioratus, sed . . . quodammodo deauratus, quasi sibi inde sit aucta dignitas sive duplicata -s. **2** *ratio, ritus – Verfahren, Zeremonie:* CONC. Rem. 43 (MGScript. III p. 682,33; a. 991) deferebatur . . . lex et consuetudo sive depositionis -s ex concilio Toletano capitulo XXVIII: *eqs.*

II *meton.:* **A** socialis -s *i. q. festiva societas, adunatio – feierlicher Zusammenschluss, feierliche Verbindung:* RUP. TUIT. vict. 8,25 p. 269,21 ut Christus . . . cum ecclesia sua principatum teneret presentis . . . seculi publica religione sociali secularis imperii et ecclesiastici sacerdotii -e. **B** *conventus (sollemnis), coetus (celeber) – (Fest-)Gesellschaft, (festliche) Versammlung:* FUND. Grat. Dei 3 p. 686,53 cleri ac populi magne exultacionis -e applaudente Magdeborch suscipitur *Norbertus archiepiscopus.*

festivo, -are. **1** *intrans. i. q. festum agere – feiern:* CHART. Sangall. A 847 (a. 1219) ut in festo sancti spiritus die secundo stoupum decanus daret et chorus -ret ut in die dominico sancti spiritus. FUND. Consecr. Petri p. 134,15 qui *(rex)* . . . celebratum volens peragere pasca, . . . cunctos . . . terre proceres secum ad -andum (festinandum *var. l.*) vocaverat. **2** *trans. i. q. ornare – schmücken, zieren:* CARM. Bur. 92,69[a],4 p. 118 quem *(regem)* -at purpura, decor et iuventus.

festivus *vel raro (l.27)* ***festivius,** -a, -um. *script.:* ve-: *p. 185,4. adv.* -vę: WALTH. SPIR. Christoph. II 3,47.

I *adi.:* **A** *strictius i. q. sollemnis, celeber, ad diem festum pertinens – festlich, feierlich, Festtags- (fere usu eccl.; in cultu Iudaeorum: l.25. al.):* **1** *in univ.:* LEG. Wisig. 12,3,21 p. 450, 14 in . . . omnibus -is d i e b u s, quos errore proprio abutuntur Iudaei (AMALAR. ord. antiph. 27,6. *persaepe. cf.* CHART. Carinth. V 130 p. 89,28 diebus dominicis et -iis). ADSO Frodob. 21 (MGMer. V p. 79,3) dies dominicae nativitatis caelo terraeque -issimus (-issime *var. l.*) . . . illuxerat. WOLFHER. Godeh. II 29 p. 212,27 si raro, -iori tempore, . . . aliquid lautioris cibi . . . perceperit. RAHEW. gest. 3,8 p. 173,9 -issimo apparatu et sollempni favore excipitur *imperator.* CATAL. thes. Germ. 111,51 due casule, una cottidiana et altera -a. *persaepe.* **2** *de tributo i. q. in die festo solvendus – am Festtag zu leisten(d), zu zahlen(d):* CHART. Gosl. I 301 p. 327,14 (a. 1174/95) novem servitia -a *(sc. dantur)*, primum in pascha, secundum in pentecosten *eqs. ibid. al.* **3** *venerandus, dignus, honorabilis – zu verehren(d), verehrungswürdig:* EUGEN. VULG. calend. 75 Ambrosius pridie nonis *(sc. Aprilis)* -us et instat. HILDEG. div. op. 2,48,14 omnis constitutio mea ita -a fuit, ut eam in nullo alio nisi in filio meo a me misso ostenderem *(sc. Deus). v. et vol. III. p. 959,61.* **B** *latius:* **1** *de rebus i. q. laetus, iucundus – dem Vergnügen geweiht, heiter, munter:* WALAHFR. Mamm. 21,20 per patulas -a fores spectacula luctum, non risum laturus adit *leo.* WALTH. SPIR. Christoph. II 4,189 quas *(columbas)* . . . -o suscepit curia vultu. CARM. Cantabr. A 10,7,3 -a natis gliscit *vox philomelae* sibilare carmina. LAMB. HERSF. Lull. 1 p. 307,10 ab tenero . . . ungue totum se -ae spei tyro miliciae Christi devovit. ACTA imp. Winkelm. I 185 p. 161,18 prout temporis instantia et -a vestra *(sc. papae)* vocatio requirebat. *v. et vol. I. p. 239,35.* *locut.* -a chorea *i. q. saltatio laeta, amoenitas – Freude(ntanz), Wonne (de re cf. A. Salzer, Die Sinnbilder und Beiworte Mariens. 1967. p. 561,6.12):* METELL. exp. Hieros. 5,139 occidit interea populi -a chorea, spes inopum *(i. episcopus Podiensis).* **2** *de hominibus:* **a** *serenus, amabilis – froh, fröhlich:* WANDALB. martyr. 752 quindecima *(sc. die ante Kalendas Decembres)* antistes Ligeris per litora perque -os populos Anianus laude coruscat aeterna. WALTH. SPIR. Christoph. I 7 religionis inimicus rex . . . aris demonum culturam -us exhibuit. BERTH. chron. B a. 1079 p. 347,10 nativitatem Domini . . . cum non modico Saxonicorum principum collegio -issimus celebravit *rex. al.* **b** *facetus – gewitzt, geistreich:* EKKEH. IV. cas. 34 p. 78,18 concinnandi in utraque lingua potens *Tuotilo* et promtus natura, serio et ioco -us. BERTH. chron. B praef. p. 165,3 tota alacritate -us et in disputando promptissimus *Hermannus Contractus.* HERBORD. Ott. 1,27 Bruno quondam Argentinensis episcopus, eloquio et moribus adprime -us.

II *subst. fem. vel neutr. i. q. dies festus, festivitas – Feier-, Festtag:* FORM. Marculfi 2,45 qua alacritate -a (festina *var. l.*) nativitatis Dominice peraegistis. WALAHFR. exord. 21 p. 494,32 beatus Gregorius . . . in dispositione officiorum anni infra qua-

dragesimam V. feriam vacantem dimisit, ut, quia -a (festivitas *var. l.*) erat veluti dominica, etiam officio diei dominicae celebris haberetur. CHART. Livon. A 164 p. 212,36 pro quadam certa ... panis et aliarum victualium cottidiana et v-orum pensione.

adv. **festive.** **1** *strictius i. q. sollemniter – feierlich, festlich (fere usu eccl.):* **a** *in univ.:* CONC. Saxon. I 13,6 ut pascalis ebdomada tota -e celebretur. THANGM. Bernw. 13 p. 764,23 duo episcopi ... pontificalibus paramentis -e infulati. VITA Theod. 10 p. 42,43 a quo *(abbate)* -e exceptus triduo eius officiosa caritate usus est. LIBER ordin. Patav. 5,17 feria IV., V., VI. et sabbatho -e quidem omne officium, non tamen ita celebriter agitur. *persaepe. v. et p. 184,29.* **b** *ut diei festo convenit – dem Festtag entsprechend:* DIPL. Heinr. IV. 466 p. 630,13 ut servicium ... cunctis fratribus ... et elemosine pauperibus in aniversariis avi nostri Conradi et ave nostre Gisele et patris nostri Heinrici -e donentur. **2** *latius:* **a** *laete, laetanter, libenter – freudig, fröhlich, freundlich, gerne:* RATHER. conf. 22 l. 650 ut nuperrime unus illorum *(torpentium senum)* – vide, quam -e – diabolo servierit. WOLFHER. Godeh. II prol. p. 197,39 rarum ... et insolitum quiddam capiendo, unde non solum dominus cum suis domesticis -ius laetetur, sed *eqs.* ANNAL. Quedl. a. 1024 p. 575,12 quendam locum Grone dictum -e approperat imperator. *al.* **b** *large, opulenter – reichlich, üppig:* TRANSL. sang. Dom. in Aug. 9 unguenta sive pigmenta cum ceteris ... muneribus variis, quibus Augustus -e donatus est. HUGO RIPELIN. compend. 33,20 p. 113[a],19 quando nimis ardenter ac -e quis comedit. **c** *facete – gewitzt, geistreich:* SIGEW. Mein. 15 christianissimus pontifex ... -e allusit ad pastoris nomen dicens: *'eqs.'* ROLAND. PATAV. chron. 6,5 p. 91,4 vir quidam sapiens notabiliter et -e respondit dicens: *'eqs.'* **d** *feliciter – erfolgreich, glücklich:* BENZO ad Heinr. IV. 1,17 (35) ut, si quis aliquando fortiter seu -e aliquid fecisset, ... statuam in foro promeruisset.

festor, -ari. *festum agere – feiern:* THOM. TUSC. gest. p. 504,13 quodam ... magno festo comites omnes ... dum Papiam -ari (*ni leg.* -turi) venissent *eqs.*

***festregela** *v.* *facitergula.

festuca (fis-), -ae *f. vel* **festucum** (fis-), -i *n. script.:* ve-:*l. 52.* -tic-: *p.186,11.* -ug(a, -um): *l.65.p.186,10.11.*

1 *calamus, stipula, baculus, frustum ligni – Halm, Stäbchen, Stöckchen:* **a** *gener.:* **α** *in univ. (per compar.: l.48. 49):* RHYTHM. de Pipp. 11,2 (MGPoet. I p. 117) regnum meum tibi trado *(sc. Cacanus rex)* cum -is et foliis, silvas, montes atque colles cum omnibus nascentiis. ALTFR. Liutg. 1,8 cum ... invenisset sibi liquorem, cum fi-is (fistulis *var. l.*) imitabatur scribentes. ANON. med. falc. Verc. 51 tolle cera mundissima et fac inde sicut fi-um et intinge in oleo mundissimo. THEOPH. sched. 3,10 fiunt ... ferri graciles ut -a. FRID. II. IMP. art. ven. 4 p. 80,15 palateum et -am aut aliquid aliud capiunt *grues* cum rostro de terra. *al.* **β** *in locut.:* WIDUK. gest. 3,18 p. 114,18 -am (v- *var. l.*) de terra sumens 'huius', inquit *Heinricus*, 'pretii a me meaque potestate rapere non poteris *(sc. Liudolfus).*' COSMAS chron. 3,45 cicius, quam tu -am frangeres, trabes inferiores et superiores cum ipsa domo impetus venti fregit in frusta. NICOL. BIBER. carm. 290 qui *(custos)*, si marcarum sex milia ... essent deposita, ... numquam diriperet, quantum -a valeret. *al.* **γ** *in nomine loci:* DIPL. Karoli III. 184 p. 308,24 munimentum rogaverunt *Anspaldus abbas et Nithardus* super quasdam villas ... villam Tres festucas *(?'Festieux')* nominatam et Hanagiam. **b** *iur. (de symbolo vel pignore; de re v. HRG I. p. 1111sqq.):* **α** *in renuntiatione, traditione, donatione (rerum) sim.:* DIPL. Merov. II 22 p. 113,1 Fulrado abbati ... per suo uuadio ... visus fuit *Legitemus advocatus* revestisse et per suo fi-go sibi exinde dixit esse exitum (*i.* exutum). CHART. Argent. I 16 p. 12,33 per -am sibi ... de monasteriolo exiti (*i.* exuti) fecerunt *Erlulfus et Cundbertus*. FORM. Ratisb. II 16 totum ... per hanc cartolam donationis, per fi-am atque per andelangum donamus. DIPL. Conr. II. 111 fecit abnegationem comes ... praedii ... primo incurvatis digitis secundum morem Saxonicum ..., deinde ... cum manu et -a more Francorum. *persaepe. v. et vol. I. p. 629,37sq. II. p. 2078,4.* **β** *in re feodali:* ADEMAR. hist. 3,22 l. 15 -as manibus proicientes reiecerunt *proceres Francorum* eum *(regem)*, ne esset eis ultra senior. GALB. Karol. 38,52 aderat ... multitudo ..., qui statim ... arreptis -is exfestucaverunt illorum obsessorum hominium, fidem et securitatem. **γ** *in promissione, fideiussione, commendatione, expurgatione sim.:* LEX Sal. Merov. 46,1 sic -um (fi- *var. l.*) in lesum suum iactet; et ipse, in cuius lesum -am (fi- *var. l.*) iactavit, dicat *eqs.* DIPL. Merov. I 141 p. 356,32 ut in exfaido ... quindece pro ac causa fidem facere debirit, quod ita et in praesenti per fi-ga visus est fecisse. LEX Ribv. 32 sic eius praesentia cum fi-a (-a, fistica[m], fi-ga, -icam *var. l.*) faciat *(cf. notam ed.).* CHART. Aquens. 3 l. 44 qui de calumpnia ... impetebatur, non poterat expurgationis suę satisdationem offerre nisi per -am, quam inclinatus de terra levasset. *persaepe. v. et vol. I. p. 244,6. 9. III. p. 1060,72.* **c** *canon.:* CAES. HEIST. hom. II p. 68[b],10 primum signum perfectionis in converso est proprietati propriaeque voluntati renunciare ...: manu per -am in capitulo untrunque proiiciens (*item* hom. exc. 140). **2** *ramentum – Splitter:* CONC. Merov. p. 123,9 qua fronte -am de alterius oculi velit eruere, qui suo trabem non respicit imminentem *(spectat ad Vulg. Matth. 7,4). al.* **3** *floccus - Faser:* VITA Udalr. Cell. II 38 caput lavit absinthio ...; contigit ... -am absinthii eius oculo infigi, quae *eqs.* **4** *tignum, trabes – Balken:* RICHER. REM. hist. 3,105 transposuerunt *pugnatores* ... bis per quatuor latera -as decem pedum ..., quę traductę sublicas sibi fortiter annecterent. *ibid. al.*

***festucatio,** -onis *f.* (*festucare) *t. t. iur. i. q. renuntiatio, resignatio (per festucam facta) – Verzicht(serklärung), Auflassung ('mit Mund und Halm'; de re v. H. Conrad, Deutsche Rechtsgesch. I. [2]1962. p. 166):* CHART. Rhen. inf. I 328 (a. 1138) Conradus ... et Theodricus ... curtem ... ad altare legitima -e tradiderunt. CHART. Argent. I 105 p. 86,3 canonici ... curiam publica cambitione et -e ... tradiderunt. CHART. Rhen. med. III 254 Warnerus abrenunciavit omni penitus questioni et coram nobis et multis aliis ... super hiis fecit publicam -em. *cf.* *effestucatio.

***festuco,** -avi, -are. (festuca) *t. t. iur. i. q. (per festucam) renuntiare, resignare – verzichten (auf), Verzicht leisten (de re v. p.185,62):* CHART. Lux. II 78 p. 93,30 (a. 1214) quicquid ... nomine advocacie se prius habere dixerat *Nicolaus miles*, coram nobis ... ecclesie ... reddidit et resignavit et eciam -vit (*sim.* 318). CHART. Mulh. (Thur.) 212 abrenunciavimus et -vimus *(sc. Burkardus eiusque uxor)* omni iuri et actioni, quam habuimus *eqs.* (*sim.* 271. 284). *cf.* *effestuco.

festus, -a, um. *form. plur.: acc.* -us: *l.49. abl.* -ibus: *p. 187,3.* **I** *adi.:* **A** *sollemnis, celeber – festlich, feierlich, Fest-, Feier-:* FORM. Wisig. 18 p. 582,24 nuptiarum solemnium -a petitio. FELIX CYR. praef. (ed. B. Krusch, Studien z. Chron. 1938. p. 87,21) d i e s -us (-issimos *var. l.*) paschales ... repperiet *lector* (LEG. Wisig. 2,1,12 p. 59,13 de diebus -is et feriatis, in quibus non sunt negotia exequenda. *persaepe*). WALTHARIUS 209 frontem -a cum fronde revinxit *ductor*. HROTSV. Mar. 86 contigit in templo Ioachim sub tempore -o inter sacratos altaris stare ministros. *persaepe.* **B** *facetus, subtilis, argutus – geistreich, spitzfindig:* EKKEH. IV. pict. Mog. 261 ore dabant -o (gloss.: id est acuto) reges solamina męsto *(spectat ad Vulg. Iob 4,1sqq. et passim).*

II *subst.:* **A** *fem. (l.72. p.187,6.7. saepius) vel neutr. i. q. festivitas – Fest(tag), Festlichkeit:* **1** *gener.:* WALTH. SPIR. Christoph. II 3,136 invertas veterum moralia -a Sirorum? LAUR. LEOD. gest. 8 p. 495,19 archiepiscopo ... -um suae curialitatis recompensavit *Theodericus praesul*. CARM. de Frid. I. imp. 3152 -a duces celebrant, pariter convivia leti. WILH. RUBRUQU. itin. 2,10 cum alicui volunt *Tartari* facere magnum -um et gaudium, unus accipit ciphum plenum *eqs. al.* **2** *eccl. (in cultu Iudaeorum: l.67. al.):* **a** *in univ.:* LEG. Wisig. 12,2,5 non sabbata et omnia -a ritu observantie sue ... coleat *Iudaeus*. IOH. SCOT. carm. 4,2,6 summe pater, ... -a tui semper celebrantem protege plebem. POETA SAXO 1,19 rex ... celebravit in Attiniaco natalem Domini nec non p a s c h a l i a -a (2,275 pascalis celebravit gaudia -i. *persaepe*). LIBER tram. 76,5 p. 119,16 si aliqua -a occurrerit *eqs.* CHART. Argent. I 271 p. 208,

23 in summis -is ponantur IX candele . . ., in semifestis . . . VII candele *eqs*. CHART. Eberb. 449 p. 238,11 si quo anno quinque marce in quatuor -bus, diebus nativitatis Domini, . . . non fuerint persolute *eqs. persaepe*. **b** *spectat ad dies sanctis consecratos:* **α** *usu communi:* LEG. Wisig. 12,3,6 -um virginis sancte Marie, quo *eqs*. FORM. Sal. Bign. 21 p. 236,6 quod evenit -a ipsius sancti illi. ANNAL. Ved. a. 890 p. 68,12 imminente . . . -a (facta, festivitate *var. l.*) omnium sanctorum. THIETM. chron. 6,84 omnium -a sanctorum in Helmanstidi celebravit *rex. persaepe*. **β** *in indicatione diei:* CHART. Rhen. med. I 30 (a. 776/77) adcensimus nos ipsos annis in luminaribus ipsius basilicę ad -a sancti Salvatoris denarios IV. COD. Lauresh. 690 actum in monasterio Laur., in -o sancti Iohannis baptistę. DIPL. Otton. III. 166 data in -o sancti Nazarii anno dominicę incarnationis DCCCCXCV, indictione VIII. TRAD. Scheftl. 190 facta sunt . . . hec in -o sancti Dionisii. *persaepe*. **c** *spectat ad commemorationem obitus fundatorum (in indicatione diei):* CHART. episc. Halb. 662 l. 22 (a. 1237) Olricus dabit eis *(sc. decano et capitulo)* decem solidos in -o dominorum persolvendos. **B** *masc. i. q. sanctus (diei -i) – (Tages-)Heiliger:* EKKEH. IV. bened. I 39,18sqq. robore cęlesti solident nos sanguine -i (gloss.: martyres famosi); . . . ferte pedem -is, quibus est crucis horrida vestis.

adv. **feste.** *celebrando – feiernd:* ARCHIPOETA 2,80 dies omnes duxi -e, nunc insanus plus Oreste.

feteo *v*. foeteo. **[fetes** *sim. v*. faex.**]**

fethor *v*. foetor. **fetidas** *v*. foeditas.

***fetiditas** *v*. *foetiditas. **fetidus** *v*. foetidus.

***fetilus,** -a, -um. *(cf. germ.* fitil-uot, fizzil-ueh; *cf. Ahd. Wb. III. p. 924. 936) de equo i. q. talis candidis ornatus – mit weißen Fesseln:* PAUL. DIAC. Lang. 1,24 p. 61,25 -ae (fetiles, fetule, fertiles, felices *sim. var. l.*) sunt equae, quas similatis *(sc. Langobardi candidis fasceolis utentes)*.

fetius *v*. foetidus.

feto (fae-, foe-), -are. **1** *trans.:* **a** *fecundare, fructificare, inseminare – befruchten (in imag.: l. 41):* WANDALB. mens. 125 faetando (fecando *var. l.*) pecori lectum de more maritum emittunt *(sc. qui armentum habent)*. EKKEH. IV. pict. Mog. 188 pecudes fętentur et actu. HEINR. AUGUST. planct. 34 ex his principiis totus foetabitur orbis. GERHOH. Antichr. 2,71 p. 330,11 Iacob timore et amore suo sanctas novit foetare animas, ut *eqs. al.* **b** *proferre, parere – hervorbringen, gebären, 'werfen' (usu absol.: l. 44. 46):* ACTA imp. Winkelm. I 998 p. 754,40 (s. XIII.med.) quelibet scrofa, que -at (ferat *var. l.*), debet reddere porcellos quatuor. p. 757,2 quod de singulis centum iumentis debent -are per annum due partes (*item* p. 757,36). *ibid. al. in imag.:* EKKEH. IV. bened. I 33,43 crimina fructificant sibi deterioraque fętant. **2** *intrans. i. q. fecundum, fetum esse – fruchtbar sein (usu mediopass.: l. 50):* HEIRIC. Germ. I 6,425 cur . . . autumnus uvis faetetur, bruma pruinis. *in imag.:* EKKEH. IV. bened. I 30,5 ecclesiae caulę te fętent ariete, Paule.

1. fetor *v*. feto. **2. fetor** *v*. foetor.

fetosus (foe-), -a, -um. *fertilis – fruchtbar:* ALDH. virg. I p. 233,4 apis . . . dulcis natorum pignora nesciens coniugii illecebrosa consortia -a quadam suavissimi suci concretione producit. II 1147 quae *(serica)* moritura facit -o viscere bombix. AETHICUS p. 207,13 o celeberrima natorum faventia -a (foe- *var. l.*) . . . Macedonia. ECBASIS capt. 75 pastores ovium . . . cum grege -o satagunt exire gregatim *(spectat ad Vulg. psalm.* 143,13). *in imag.:* ALDH. virg. I p. 277,9 cum . . . regenerantis gratiae vulva conceptus et -is baptisterii partubus editus in venerandis ecclesiae cunabulis nutriretur *Chrysanthus*. ARIBO mus. p. 36,7 cogitemus aliquam *(matrem)* in tantum esse foetosam, ut quatuor vicibus sit gemellipara.

fetulentia *v*. faeculentia. **1. fetulentus** *v*. faeculentus.

2. fetulentus *v*. 1. foetulentus.

fetura (fae-, foe-), -ae *f*. **1** *proprie i. q. generatio – Fortpflanzung, Zeugung:* EKKEB. HERSF. Haimer. 20 cum . . . exponeret *(sc. habitator quidam)* . . ., quod non esset *gallus*, qui . . . sobolis -am suppleret. **2** *meton. i. q. suboles, partus – Jungvieh, Nachwuchs:* TRAD. Frising. 1209 (a. 957/72) ut . . . ad ecclesiam Frisingensem data omnia . . . et accepta cum foetu ac foe-a redeant. EPIST. Teg. I 10 si debita copia vivaria lata et sepius . . . dilatanda scaturriant habundanti et consuetudinaria piscium foe-a. EGBERT. fec. rat. 1,171 (schol.) raro crescet tibi fę-a gregis alienis fota in tectis. *al.*

1. fetus (fae-, foe-), -us *m*. *acc. pl.* -os: *l. 26. al.* **1** *generatio – Aufzucht:* ADAM gest. 4,21 p. 251,6 fertilissima regio est Sueonia, ager frugibus et melle opimus, extra quod pecorum -u omnibus antefertur. 4,36 p. 272,11 qui *(populi insulae Island)* solo pecorum -u vivunt. **2** *fructus – Frucht:* **a** *in univ.:* WALAHFR. hort. 6 seu pingui molita *(sc. sit ruris possessio)* graves uligine foetus (gloss.: id est fructus). ABBO SANGERM. bell. 1,306 dabant *hostes* . . . suo segetes . . . -u viduatas. CARM. Bur. 82,2,2 sol tellurem recreat, ne -us eius pereat. *al.* **b** *conceptus – Leibesfrucht, 'Foetus':* LEG. Wisig. 4,2,19 cum vir preventus sorte fatali -u gravidam . . . relinquid uxorem. RUD. FULD. Leob. 12 p. 127,9 cum . . . intumescente utero conceptum foetum celare non posset *quaedam paupercula*. TROTULA A 12 quinto *(sc. mense)* accipit foetus similitudinem patris vel matris. ALBERT. M. animal. quaest. 1,16 p. 91,16 quod -us in utero habet urinam et sudorem, sed non egestionem. *saepe. in imag.:* HERM. CARINTH. essent. 2 p. 234,2 que *(Lucina)* ipsa continuo tenerum -um suscipiens eo usque tuetur, quoad *eqs*. **c** *pullus – junges Tier, Jungtier, Junges (in imag.: l. 31):* HUGEB. Willib. 6 p. 106,7 ut gallina, que sub alis solet tegendo suos enutrire -os, ita . . . Willibaldus *eqs. (spectat ad Vulg. Matth. 23,37)*. FORMA mon. Sangall. 32,1 hic armenta tibi lac faetus atque ministrant. ERMENR. ad Grim. 24 p. 563,6 ut absque concubitu foetus parerent *apes*. CARM. de nat. animal. 2144 subsidiis gallina suis prodesse laborat, -us multiplicat, multiplicando fovet, subsidiumque tuum cuivis inpende petenti, -us virtutum multiplicando fove *(spectat ad Vulg. Matth. 23,37). al.* **d** *suboles, partus – Nachwuchs, Brut, Nachkommenschaft:* HROTSV. Sap. 1,3 quaedam advena mulier . . . Romam . . . intravit comitata proprii faetus pusiolis tribus. EKKEH. URAUG. chron. a. 1125 p. 264,32 apium . . . foetus . . . ex toto pene deperiit. *al. v. et l. 1.*

2. fetus (fae-, foe-), -a, -um. *script.* fed(us): *l. 65.* **1** *adi.:* **a** *strictius i. q. gravidus – schwanger, trächtig (in imag.: l. 46. al.):* WALAHFR. hort. 212 huius *(feniculi)* . . . semen foetae (fo&tę, -e *sim. var. l.*) cum lacte capellae absumptum ventris fertur mollire tumorem. FORMA mon. Sangall. 33,1 domus equaritiae: hic faetas servabis equas tenerosque caballos. EKKEH. IV. bened. I 1,125 fęta meis *(sc. angeli)* verbis infantem virgo creabis *(sc. Maria)*. CARM. Bur. 101,45,2 femina fatalis, femina -a malis *(sc. Helena). al. c. acc. (in imag.):* EPIST. Lang. add. p. 717,4 tu *(sc. abbatissa)* verbum Dei fęta, tu sermonem eius enixa, sic nobis scientiam Dei parturis. **b** *latius:* **α** *fertilis – fruchtbar:* CARUS Clem. 245 consitus arboribus fętis est . . . paradisus. CARM. Bur. 41,28,2 ⌞-us (fetens, fera *var. l.*) ager⌟ (f[o]etus agri, fotus agri *var. l.*), florens ortus. 140,3,3 tellus -a sui partus grande decus, flores gignit. *al.* **β** *plenus – voll (von), angefüllt (mit):* NOTKER. BALB. gest. 2,14 p. 77,9 non istę naves confertę mercimoniis, sed hostibus fetę (ferte *var. l.*) sunt accerrimis. ALBERT. AQUENS. hist. 12,13 rex tres naves . . . foetas viris egregiis et marino certamine peritissimis misit illi *(coniugi ducis Siciliae)* in occursum. ALBERT. M. animal. 6,81 visae sunt feminae ipsorum *(piscium)* ovis -ae et masculi inventi sunt pleni semine. **γ** *abundans, exornatus – (reich) versehen (mit), ausgestattet (usu subst.):* ARNULF. delic. 432 intumet ornatu -us precordia fastu. **2** *subst. fem. i. q. enixa – Muttertier:* **a** *proprie:* WALAHFR. Mamm. 5,2 ut . . . foetas mulgeret agrestes. EKKEH. IV. pict. Mog. 420 mugitus dantes -ę (gloss.: vaccę). REGISTR. Trident. I 116 p. 98,22 tenetur *Maurus* reddere . . . suam partem fede de prego *(de re v. ed. p. 155)*. app. p. 138,20 Wicco et Precono -am I *(sc. solvunt). ibid. saepius*. **b** *in imag.:* HILDEG. scivias 3,1 l. 304 ipse *(sc. filius Dei)* portabit . . . -as in corde suo *(spectat ad Vulg. Is. 40,11)*.

3. fetus *v*. 2. foedus. ***feudalis, -iter** *v*. *feodalis.

***feudatalis** *v*. *feodatalis. ***feudatarius** *v*. *feodatarius.

***feudatio** *v*. *feodatio. ***feudatus, *feudo** *v*. *feodo.

[Weber]

***feudotarius** *v.* *feodatarius. **1. *feudum** *v.* *feodum.
2. feudum *v.* foetidum. ***feum** *v.* *feodum.
***feuod-** *v.* *feod-. **fex** *v.* faex.
[feymentum *v.* fermentum.] ***fheodum** *v.* *feodum.
***fezdregla** *v.* *facitergula.

***fiaiuramentum,** -i *n.* *(cf. fris.* fiā-êth *'Gütereid'; v. G. Köbler, Altfriesisch-neuhochdt. Wb. 1983. p. 60) iuramentum ad bona spectans – auf bewegliche Güter bezogener Eid:* DECRET. Frision. A 4,14 tunc est horum singulorum emenda XV *(sc. unciae)* vel IV abiurare et unum -um. 8 p. 58,11 ille *(V marcae et duae unciae)* debent extorqueri cum uno iuramento vel abnegari cum quatuor et cum uno fia-iuramento (*cf.* p. 59,4 fia-eth).

1. fiala *v.* phiala. **2. fiala** *v.* *viella.
***fialator** *v.* *phialator. ***fialo** *v.* *viello.
fiamma *v.* flamma. ***fiancia** *v.* *fidantia.

1. fiber, -bri *m.* *nom. sg.* fibus: *l.24. castor, bever – Biber (Castor fiber L.):* **1** *proprie:* EPIST. Bonif. 87 p. 196,26 (epist. papae) -i (fri- *var. l.*) atque lepores et equi silvatici multo amplius vitandi. ECBASIS capt. 642 latices luter, deducat aquatica -r. DIPL. Heinr. II. 80 ut nemo . . . potestatem habeat . . . de genere . . . ursorum aut -orum agitare (*inde* DIPL. Heinr. III. 38 [si- *var. l.*]). EKKEH. IV. bened. II 70 sit benedicta -i caro. SALIMB. chron. p. 142,18 iste sanctus homo fecit, sicut facit -us sive castor, qui *eqs. v. et vol. I. p. 1459,56.* **2** *meton. de pelle:* RUODLIEB X (XIII) 126 crusinam ponendo profundam -o limbatam lato nimis atque nigello.

[2. fiber *v.* fibra.]

***fiberinus,** -a, -um. *e pellibus castorum confectus – aus Biberpelz angefertigt:* FROUM. epist. 37 ut mittatis *(sc. dominus Pabo)* mihi duos vuantos hispidos sullinos aut -os vel vulpinos. *cf.* *beverinus. *Weber*

fibex *v.* vibix. **fibla** *v.* fibula.

1. fibra, -ae *f.* *(de sensu verbi v. et H. Louette, Revue de philologie 53. 1979. p. 44sqq.) script.:* -bora: *l.70. gen. pl.* -orum: *p.190,2. in gen. inhaerentiae: p.190,4.6.20.*

1 *proprie (in imag. l.63.p.190,9):* **a** *de partibus plantarum:* **α** *radix, germen – Wurzel, Trieb:* WALAHFR. hort. 57 siti metuens graciles torpescere -as (gloss. L: radices) flumina pura . . . inferre . . . curavi. WALTHARIUS 1001 quae *(aesculus)* non plus petit astra comis quam tartara -is (gloss. J: wurzen). *?pro nomine plantae:* THADD. FLORENT. cons. 54 recipe . . . centauree, rute, -e, salvie *eqs.* **β** *?lignum, clava – ?Holz, Keule:* CARM. pro schola Wirz. 267 Herculea -a crescens siccabitur Ydra de nobisque mori tibi tunc continget honori. **b** *de partibus corporis:* **α** λοβός, *ala – Lappen, Falte, Flügel:* GLOSS. med. p. 67,24 pulmo . . . iacet in toracis spatio . . . duas -as habens more ungule bubule fissus *(cf. Cels. 4,1,4).* AUREL. REOM. mus. 1,15 habet *homo* . . . quamdam crtharam *(sic)* in pectore, pulmonis -is (flabris *var. l.*) quasi quibusdam distinctam chordis. **β** *viscera, exta – Eingeweide (fere usu plur., sing.: l.57; de organis vocalibus: l.55; ?de corde: l.57; ?de venis: l.59):* WALAHFR. Blaithm. 159 rimari in gelidis coepit *miles* per vulnera -is. CARM. de Lamb. 1,451 illud *(sc. quod fama auribus ingesserat)* . . . pangam pressis sub pectore -is. NOTAE Monast. (MGScript. XVI p. 441,11) in quo *(sc. capella)* continentur relliquiae sanctorum, de -a sancti Iacobi *eqs.* LAND. MEDIOL. hist. 3,34 quidam sacerdos . . . tamquam mortuus, vultu tamen coloratus pulsantibusque -is cadens occidit. METELL. Quir. 45,17 petram iecit *(sc. femina calculo liberata)* duram ovo prope comparem -isque concretam. *al. in imag.:* CARM. var. I 27,1,6 legens . . . satis valeas *(sc. lector)* mentis pinguescere -as *(cf. notam ed.).* **γ** *ligamenta vocalia q. d., faux – Stimmbänder, Kehle (usu plur.):* CARM. Paul. Diac. app. II 54,1,1 ut queant laxis resonare -is mira gestorum famuli tuorum *(sc. sancti Iohannis).* ALBERT. STAD. Troil. 2,761 dum loquor, ecce trahunt rigidas suspiria -as et bibit interior omnia verba dolor *(cf. notam ed.).* **δ** *musculus – Muskel:* UFFING. Ida 1,14 -arum connexio dissociatos conglutinat artus *(sc. paralyticae).* Ps. HELIOD. chirurg. 17 -as sarcire (*sim.* 87 -oras). CARM. Bur. 46,7,3 qui colunt cacodemones, non fiunt illis similes, ⌞qui -is⌟ *(ed.,* qui et -is *cod.)* non utuntur, dum illis insculpuntur? CHIRURG. Sudhoff. I p. 79,38 ad dolorem arthiculorum et -orum fiat cauterium unum retro in crure. **c** *de rebus i. q. chorda, fides – Saite:* ALDH. ad Acirc. 13,4 me *(sc. barbita, i. organo)* praesente stupet mox musica chorda -arum (*sim.* CARM. Salisb. I 14,4 parietibus politis concrepant corda *[sic]* -arum). CARM. Salisb. I 7,10 molli . . . dum pollice -as tangeret *Orpheus. in imag.:* ALCUIN. carm. 1,745 ni praevenisset nostras pius ipse *(Beda)* camoenas, inciperem lyricas omnes extendere -as. CARM. Cantabr. A 7,2a,1 -is (*corr. ex* fub-) cordis caute tentis melos concinnamus. **2** *translate:* **a** *origo – Ursprung:* WALTHARIUS 858 vortex mundi, fames insatiatus habendi, . . . cunctorum -a malorum *(cf. notam ed.).* METELL. Quir. 7,25 si -as animę, carnis originem scrutemur pariter, claret apertius nostri materies . . . septeno numero data *eqs.* **b** *intimum – das Innerste:* WOLFHARD. Waldb. 1,3 p. 154,13 erat . . . languor c o r d i s iam penetrans -as (4,10 flexis genibus in oratione -am . . . c. erexit *caecus.* CARM. Bur. 165,1,4 c. -as elicis et conteris [*sc. Amor*]). **c** *praecordia, cor – Brust, Herz (usu plur.):* EPIST. var. I 8 p. 505,16 ad referendas . . . gratias totis -arum praecordiis medullitus incitamur *(sc. patriarcha).* ALCUIN. carm. 1,109 pulsa procul fugiens . . . desperatio -as liquerat. GESTA Apoll. 164 qualiter ex imis proferret *genitor* enigmata -is *eqs.* 547 traxerat *iuvenis* ex imis suspiria plurima -is. **d** *mens – Geist:* EGBERT. fec. rat. 1,1269 didici *(sc. magister)* divę plus parcere venę semper et ingenuam parcendo attollere -am (*sc. discipuli*; *cf.* 1,771 divitis ingenii naturam).

2. *?****fibra,** -ae *f.* *(an adi.?)* (?vibrare) *?avis vibrata – ?schillernder, funkelnder Vogel:* AETHICUS p. 119,12 habet *Germania* aves Hircanias et -as, quarum pinnae nocte mirae magnitudinis luceant *(cf. notam ed.).*

II *translate:* **A** *adicere, addere – hinzufügen, -geben:* **1** *in univ.:* VITA Beth. 16 (MGMer. III p. 619,8) sufficiat dixisse pauca de plurimis, sed iam nunc ad istud stilum heu lacrimabiliter -amus, quomodo saeculo decessit pastor noster. **2** *prodere, tradere – übertragen, -geben, anvertrauen:* **a** *spectat ad memoriam:* WETT. Gall. prol. 28 quicumque cupis haec -ere menti acta. CARM. var. III 41,16 ista probat mente circans species diapente gnarus, quas cordi -it, tactor monochordi. HROTSV. Gall. I 1,3 si opus est monitu, nam memoriae -xum teneo. **b** *spectat ad litteras:* TRAD. Gottwic. 374 (c. 1173) ne memorię excidat, ... benefacta iustorum scriptis -imus. *ellipt. i. q. perscribere – nieder-, aufschreiben:* STEPH. COL. Maurin. 10 pontifex ... testis sui sententiam -xit. HRABAN. epist. 15 p. 404,19 (vs.) hos ... bissenos -xi tibi, Caesar amate, in scripto titulos, quos relegens teneas. **B** *dirigere, intendere, vertere – richten, (hin)wenden (auf):* **1** *in univ.:* LIUTG. Greg. 13 p. 77,44 -xit ... spem suam totam magis in tremendi examinatione iudicii quam *eqs.* WANDALB. martyr. alloc. 2 animum -ere caelo. OTLOH. Wolfk. 9 p. 569D (vs.) haec *(sc. honorem pontificatus)* sanctus renuit, quia semet in ardua -xit. *persaepe.* **2** *de oculis sim.:* **a** *in univ.:* WALAHFR. Mamm. 13,7 Mammes sidereo -ens sua lumina caelo. HROTSV. asc. 116 sursum -xis ... ocellis. CONSUET. Rod. 84,5 gravis culpa est ..., si quis procedens, ubi feminę sunt, oculum -erit. *saepe.* **b** *demittere – senken:* ARBEO Corb. 10 p. 198,13 -xo in terra capite. WALTH. SPIR. Christoph. II 6,22 -ens silicernia terrae. **C** *(oculis) percutere, spectare – betrachten, beobachten, 'fixieren':* WALTH. SPIR. Christoph. II 3,239 obstipo ... -ens lumine terram. YSENGRIMUS 4,165 is *(hircus)* precipua -bat fronte loquentem. **D** *constituere, sancire, definire, circumscribere – festsetzen, -legen, bestimmen, beschreiben, umreißen, begrenzen:* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* RHYTHM. 90,3,4 maris terreque speciem tertio -isti *(sc. Deus)* diem *(sic)*. CAND. FULD. Eigil. II 13,10 quod condita norma communis doceat, intento corde teneto; ecce ibi reperies -xum, quid *eqs. al.* **b** *spectat ad tempus:* CONC. Merov. p. 169,27 ut pariter sedentes communi deliberatione causis ... terminus -ant. WALAHFR. carm. 89,1,8 Ianus ... dinoscitur ... quaternis cursibus et denis -ere solstitium. **2** *publ., iur., canon.:* **a** *spectat ad terminos:* DIPL. Otton. I. 375 p. 516,11 percurrunt ... fines ... usque in prato Barati, deinde in Petra ficta ..., deinde ad termine, qui est fictus super basilicam sancti Iohanis. GREG. CAT. chron. I p. 360,12 usque ... terminum, quem ... abbas cum eis *(filiis Adelolfi et Godeladi)* -erat. **b** *spectat ad iudicium i. q. pronuntiare – (aus)sprechen, fällen:* HERBORD. Ott. 2,35 p. 128, 17 fides catholica de incredulis omnibus generalem ante me -xit sententiam. **3** *geom.:* WANDALB. hor. 8 linea ... pedes concidens tertia binos umbris ipsa decem -it simul atque novenos. 24. 32. ANON. ad Ragimb. p. 536,23 punctum ... ibi -atur, in quo angulus terminabitur. **4** *mus.:* ELIAS SAL. mus. 19 p. 40a cantus quartae vocis, tertiae et secundae sunt eiusdem toni, cuius est vox prima, et sic necesse est -ere secundam vocem, tertiam et quartam in eisdem litteris et punctis in palma, in quibus discurrit vox prima. **E** *-endo firmare, confirmare, fundare – bekräftigen, bestätigen, sichern:* **1** *gener.:* AGNELL. lib. pont. prol. p. 143,24 (vs.) sic nimium cupidi faciemus *(i. successum orabimus)*, cumque precantem sic fiemus (faciemus *var. l.*), opus verbis respondeat usque. THANGM. Bernw. 20 p. 768, 22 archiepiscopus tamen, acsi veritate cuncta -xa constarent, banno ... munivit *eqs.* CARM. de Iuda 1,125 qui metuit mortem, variam querit sibi sortem, qua vitam -at. **2** *iur. c. sensu roborandi i. q. probare, testificare – gültig machen, beglaubigen:* CHART. Fuld. B 192 p. 290,8 (a. 792) ego <A>sger scripsi et testibus -xi. ACTA reg. Burgund. 23 sanctorum oboedientes pontificum <statutis>, suis que -ere studuerunt dictis. **F** *-endo componere, inire – erstellen, eingehen, abschließen:* TRAD. Frising. 346 (a. 815) renovavit *Uvaninc* illam traditionem, quam temporibus Arpionis episcopi ad prefatam domum -xit. GESTA Camer. 1,77 p. 429,39 Otto imperator auctoritatem immunitatis, quam antecessor suus ... super sedem Cameracensium -xit, inrefigendam etiam confirmavit.

adi. **fixus,** -a, -um. **I** *proprie vel in imag.:* **A** *immobilis, immotus, permanens – unbeweglich, unbewegt, verharrend:* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* WALAHFR. carm. 21,14,1 stant inflexibiles manentque -i *(sc. martyres)*. CHART. select. Keutgen 135,1 ut, quicunque ... eandem *(villam)* inhabitare decreverit, domino ... respondeat de persona propria et de rebus suis -is; de mobilibus autem *eqs.* CHART. Argent. I 116 possessiones ... tam -as quam motatorias ... commutare. ALBERT. M. animal. 1,594 sanguis ... non est -us et retentus in eo *(pulmone). al.* **b** *obstupidus – starr:* AGIUS vita Hath. 23 in hoc, quod videre videbatur luminibus -is, formidare et trepidare coepit. **c** *compressus, clausus – zusammengepresst, geschlossen:* ERMENR. ad Grim. 6 p. 540,37 os meum in id ... non aperui, sed -is labris, qualis ... sis ..., breviter dixi. **2** *astron.:* **a** *de stellis -is q. d. ('Fixstern'):* ABBO FLOR. calc. 3,38 notabatur de -is stellis quaelibet clarior una. ALBERT. M. meteor. 1,3,8 p. 31,44 stellae cometae sunt praeter stellas tam -as quam erraticas, quas dixerunt. *saepe.* **b** *de luna:* BEDA temp. rat. 25,7 numquid credibile est lunae statum, qui -us in aethere permanet, ... posse aliorsum, quam fuerat, converti. **B** *solidus, firmus – solide, fest (gefügt, verbunden), straff:* **1** *gener.:* ECBASIS capt. 462 dum prope perveni pontatica -a Ticini. WALAHFR. carm. 59,9 si de parte tua fidei stat -a catena. ALBERT. M. ani-

mal. 1,122 tres sunt modi ligationis -ae ossis cum osse in corporibus animalium. *al.* **2** *alch. i. q. stabilis, qui volubilis non est – fest, verfestigt, fixiert, nicht flüchtig:* TURBA phil. 21 p. 131,1 terite . . . ipsum *(lapidem)* cum suis confectionibus, quae sunt haec: . . . ex croco una et ex alumine -o una. PS. ARIST. magist. p. 651ᵃ,29 si posueris ipsum *(sc. aquam ferri)* in aceto, fiet aqua rubea sicut sanguis et est color -us. PS. AVIC. epist. 5 quaesivimus substantiam -am . . .; invenimus eam esse omne, quod non fugit ab igne *eqs.* GEBER. forn. 18 p. 753 mercurius purificatus et -us. summ. 1,51 p. 420 omne calcinati genus -ius est quam non calcinati et facilioris solutionis. *saepius. v. et l.69.*

II *translate:* **A** *immutabilis, immutatus, perpetuus – beständig, nicht wankend, unverändert, dauerhaft, bleibend:* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* **α** *de rebus:* HRABAN. carm. 37,2 nil -um quomodo tessera laeta dabit. WALTH. SPIR. Christoph. I 3 abiectum reprobi lapidis nomen in ęcclesiastici parietis angulo -a soliditate fundatur. ARNO REICHERSB. apol. p. 214,13 quod . . . aeternitate -ius? **β** *de hominibus eorumve animis i. q. assiduus, constans – standhaft, fest, unbeirrt:* BEDA hist. eccl. 4,3 p. 210,27 -a (v- *var. l.*) mente. CHART. Rhen. inf. I 6 p. 5,4 -a et deliberata intentione. CAND. FULD. Eigil. II 17,89 corde . . . -o. VITA Rimb. 19 constans ac -us in sua sententia mansit (*sim.* ALBERT. M. animal. 1,166 non -us, sed inconstans). VITA Heinr. IV. 9 p. 31,11 -a . . . fide. 11 p. 37,9 -um animi statum. *persaepe.* **b** *in iunctura* -um habere, tenere *sim. i. q. constituere – beschließen, entschlossen sein:* LULL. epist. 98 p. 220,12 vobis *(sc. abbatissae)* dirigere versiculos . . . diu -um mente tenui. WETT. Gall. 29 p. 273,20 vir . . . Dei -um habens iam nullo modo egredi in popularem conventum. LAMB. HERSF. annal. a. 1071 p. 123,21 id se *(sc. Balduwinum)* animo -um habere nec ab sententia ulla vi . . . abduci posse, ut *eqs. al.* -um esse *i. q. consentaneum, par esse – selbstverständlich sein:* EBO BAMB. Ott. 3,16 p. 124,7 deos patrum nostrorum colere -um est nobis. **c** *determinatus, circumscriptus – vorgegeben, festen Regeln folgend:* BEDA temp. rat. 14,9 Graeci . . . -um in duodecim mensibus anni vertentis ordinavere circulum. 25,54 non . . . lunae conversio, quae naturalis est et -a, potest futuri mensis portendere statum. 47,56 ut computandi -a series procurrere posset. HEIMO BAMB. chron. p. 338,9 -a et incommutabili ciclorum ratione. *al.* **d** *c. sensu negat. i. q. persistens, pertinax – hartnäckig, festgefahren:* CARM. pro schola Wirz. 135 sunt qui cum rixis nobis in pignore -is *(cf. notam ed.).* **2** *gramm. in iunctura* nomen -um *i. q. substantivum – Substantiv:* DICUIL epist. cens. 227 (cod. Paris. N. A. 1645 f. 12ʳ; c. 818) nomina -a loquor, non propria nomina dico. ERMENR. ad Grim. 18 p. 555,28 sciendum, quod adiectiva nomina ideo dicuntur, quia propriis vel -is nominibus adiciuntur. *saepe.* **3** *mus.:* REMIG. ALTISS. mus. 504,18 alii *(soni)* βαρύπυκνοι nominantur, id est graviter -i, . . . alii ξύπυκνοι, id est acute -i (*cf. Mart. Cap. 9,945* stantes . . ., perseverantes). **4** *iur.:* **a** *ratus, confirmatus – gültig, rechtskräftig, geltend, unverbrüchlich:* TRAD. Frising. 724 (a. 851) ista traditio ad sanctam Mariam . . . -a evis temporibus et inconvulsa permaneat (*sim.* 806 -a et incommutabilis). 841 iugera VIIII . . . -a ratione ęternaliter possidere. DIPL. Otton. I. 168 ut hoc presens preceptum -um stabileque permaneat. THANGM. Bernw. 12 p. 763,51 quod . . . antistitum concordia roboratum, omni canonica auctoritate -um atque ratum duravit. DIPL. Heinr. IV. 281 p. 365,5 (spur.) hoc . . . -um statuimus, ut *eqs. persaepe.* **b** *certus – zuverlässig, sicher:* DIPL. Heinr. II. 235 forestem . . . ecclesiae suoque rectori -a auctoritate concessimus. **B** *attentus – konzentriert, intensiv:* DHUODA lib. man. 2,3,22 pete eum *(Deum)* et ora in brevi et -o puroque sermone. **C** *perfectus – vollkommen, perfekt:* HROTSV. Gong. 10 qui *(sc. Deus)* . . . protoplasto . . . sensus vitalem sufflasti . . . liquorem, ut -um digiti esset opus proprii.

subst. **fixum,** -i *n.* **1** *substantia stabilis – feste, nicht flüchtige Substanz:* ANON. tab. p. 174,11 dixerunt sapientes, quod -um facit res -xas. **2** *substantivum – Substantiv:* GODESC. SAXO gramm. 1 p. 394,15 quemadmodum superius adiectivum -o adiectum est: *'eqs.'* p. 395,1 neutri generis sunt omnia huiusmodi adiectiva vice -orum fungentia. CONR. HIRS. dial. 305 -is, mobilibus, comparativis. *al.*

adv. **fixe** (-ę: *l.13;* -ae: *l.18*). **1** *proprie i. q. firme, immobiliter – fest (verbunden), straff:* GESTA Trud. cont. I 8,7 capitia a singulis vestibus -e dependentia. ALBERT. M. animal. 1,124 ligamentum . . . ossium est, per quod colligantur ossa laxe vel -e colligata. **2** *translate:* **a** *immutabiliter – starr, unverrückbar:* HRABAN. carm. 97,7 licet incaute hanc *(regulam)* nec -e semper haberem, cella tamen mihimet mansio grata fuit. HEIMO BAMB. chron. p. 395,8 tres opiniones proposuimus, quarum tamen nullam -e asserimus. **b** *fideliter – beständig, treu:* PAULIN. AQUIL. c. Fel. 2,23,27 qui . . . fidei soliditatem supra firmam . . . petram posuisse se -ius recognoscit. EPIST. var. I 36 p. 555,28 haec . . . scribere curavi, ut eis -e (-ę *var. l.*) inmobiliterque haerentes nulla falsa opinione inlecti a veritatis tramite declinare possitis *(sc. fideles Karoli). al.* **c** *rato modo, certe – gültig, rechtskräftig, sicher:* CONC. Karol. A 15ᴬ,11 quod . . . potestatem accipiat *accusatus* cum accusatore suo pacificare . . ., antequam pugnam . . . -ae promittat. NORB. IBURG. Benn. 16 p. 882,22 rex Henricus decimationem . . . ecclesiae . . . immobiliter semper et -e possidere donavit. CHART. Eichsf. 91 p. 54,41 -e decernimus. TRAD. Ror. 123 pro quodam feodiolo . . . pro XL denariis -e *(ed.,* fix *cod.)* estimato dedi medium talentum. **d** *semper, perpetuo – endgültig:* HUGO HONAUG. hom. 1,4,3 quod . . . subsistere . . . sit 'ex' natura et 'in' natura substantiali sistere, id est -e, non transitorie, et perseveranter, quod est semper manere. **e** *vere, sine simulatione – wahrhaftig, echt:* THEODULF. carm. 6,1 nil horum -e geris, haec tamen omnia ficte fers, simulator, habes qui simulacra boni.

2. figo *v.* facio. ***figuaida, *figvaida** *v.* *fiwaida.

figularius, -a, -um. **1** *qui figuli est, ad figulum pertinet – Töpfer-:* ALBERT. M. epist. Dion. 9 p. 532,85 'et apponentis . . . -am artem' *(spectat ad Vulg. Ier. 18,3).* **2** *fictilis – irden, tönern:* GISLEB. MONT. chron. app. p. 340,3 Walterus figulus . . . ministerium habet ministrandi ad curiam ollas -as tam ad cameram quam ad coquinam.

figulinus, -a, -um. *script.* flig(l)ina: *l.44.* **1** *adi. i. qui figuli est, ad figulum pertinet – Töpfer-:* IOH. sacerd. 22 accipe lapidem recentem, eius aquam et oleum distilla et residuum cum aqua salis calcina in -o furno. **2** *subst. fem.:* **a** *ars figularis – Töpferkunst:* GLOSS. med. cod. Trev. p. 147,23 -a, ars figuli. **b** *civitas figulorum – 'Töpferstadt' (de civitate figlina q. d. v. W. Gell, The Topography of Rome and Its Vicinity. 1846. p. 245sq.):* PASS. Quir. Teg. 2 quos *(christianos)* iussit *Claudius* in fligina (fligl- *var. l.*) foris muros porta Salaria includi. **c** *vas fictile – irdenes Gefäß (in imag.):* URSIO Marc. 2,9 (4) o didascalicum doctorem ita -am *(i. puellam surdam et mutam)* ad gloriam sui imperfectam reformantem, ut utriusque officii . . . reciperet plenitudinem *(spectat ad Vulg. sap. 15,7. Rom. 9,21 al.).*

? ***figulma** *subst. (fort. vox composita, orig. et signif. incert.) in geom.:* THEOD. TREV. phys. 199 privatione quodque non est esse nec esse velut una vera forma, sic est unica norma per sęcla multiplex res, ex qua spera conoydes consurgit de -a perlustrans οριζωντα *(cf. notam ed.).*

figulus, -i *m. metr.* fī-: *l.67.* **1** *strictius i. qui opus ex argilla facit, testarius – Töpfer:* **a** *in univ.:* COMPOS. Luc. Y 11 tritus increditur *lapis pumice* in cappo novo et mittitur in fornace -i et coquitur bene (*sim.* PS. GERH. CREM. sal. I 35. GEBER. test. p. 562ᵃ,45). WANDALB. Goar. 2,21 p. 66,5 cum per Rhenum flumen quidam -i ollas praetio distrahendas in navicula veherent. ARNULF. SAG. invect. 3 p. 94,24 docebatur . . . -us amphoras figmento plasmare mirabili. TRAD. Patav. 1346 Heinricus -us cognominatus reiter. CONR. MUR. summ. p. 37,20 -i, fullones, fartores, sartores *eqs. persaepe. v. et l. 33. de Deo creatore (loci spectant ad Vulg. eccl. 27,6. Rom. 9,21 al.):* HRABAN. univ. 21,3 p. 561ᶜ -us . . . noster Deus est. HEINR. AUGUST. planct. 2179 novit . . . teste figmentum -us iste. *al.* **b** *in nominibus:* **α** *personarum:* CHART. Turg. II 65 p. 238,18 (a. 1193) Hugo laicus prenomine -us civis Constantiensis (*sim.* 75 p. 258,7). **β** *locorum:* CHART. scrin. Col. A II 1 p. 252 (a. 1175/91) Berta emit sibi . . . domum et aream in platea -orum. CHART. Quedl. 26 p. 20,4sqq. macellum unum

[Leithe-Jasper]

iuxta cimiterium . . ., insuper curiam unam iuxta -os . . ., insuper septem areas iuxta -os *('Gröpern'; de re v. J. F. Fritsch, Geschichte d. vormaligen Reichsstifts u. d. Stadt Quedlinburg. 1828. 243sqq.).* **c** *in iuncturis:* **α** terra -i *i. q. creta (figularis), lutum – (Töpfer-)Ton, Lehm:* MATTH. PLATEAR. (?) gloss. p. 380[B] chimolea, testa argentea, terra saracenica, terra sigillata et terra -i idem est. p. 385[C] terra -i, id est sigillata. **β** lapis -i *fere i. q. testa – etwa: Ziegel(stein):* GEBER. summ. 84 p. 605,3 sunt huius generis *(sc. inflammabiles)* res omnes denigrantes et fugientes et penetrantes et comburentes sicut est vitriolum . . . et lapis -i (singuli *var. l.*) antiquus contritus. **2** *latius:* **a** *vitrearius – Glasbläser, -hersteller:* CAES. HEIST. mirac. II 2,3 p. 79,10 si de cinere manu -i vas fit vitreum. **b** *fictor, creator – Erzeuger, Schöpfer:* WALTH. SPIR. Christoph. II 5,156 scrutatus . . ., quanam facti ratione puellam -us irarum *(i. rex)* compesceret *eqs.* 6,8 quanta meis invexit bestius ille -us errorum vicii plantaria regnis! *cf.* *lutifigulus.

figura, -ae *f.* σχῆμα – *Figur:* **I** *proprie:* **A** *forma, facies – Gestalt, (Erscheinungs-)Form, (äußere) Erscheinung, Umriss:* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* **α** *def.:* ALBERT. M. resurr. 7,2 p. 266,1 -a est terminatio quantitatis. metaph. 5,1,3 p. 216,15 -a dicitur forma extra circa consistens *eqs. ibid. al.* **β** *exempla:* WALAHFR. Wett. 273 in . . . crucis distendens membra -am. HINCM. divort. 15 p. 205,17 consilio Ionadabh -am tenentis diaboli. GERH. AUGUST. Udalr. 2,24 cui *(elemosinariae)* . . . manus . . . ita conglutinate erant, ut -ae digitorum vix cognosci potuissent. BERTH. chron. B a. 1076 p. 246,18 in -a angelorum Sodomam pergens *Deus.* ALBERT. M. veget. 2,76 quod . . . -a plantarum -am formantis suae virtutis sequatur. animal. 1,236 -a . . . linguae. 20,4 humidum vaporans . . . continue mutatur de -a in -am. CHART. Basil. C II 201 p. 112,34 abbatissa . . . superfitiem domus . . . tenebitur . . . secundum pristinam -am reparare. *persaepe. per confusionem in nomine vermis:* ALBERT. M. animal. 26,29 stellae -a vermis est, ut dicit Plinius, qui nocte ut stella lucet (*cf. Plin. nat. 10,188* animal *[sc. salamandra]* lacertae -a stellatum). **b** *in iunctura* elementorum -a *i. q. phaenomenon – Naturerscheinung:* ADAM gest. 3,39 p. 182,12 episcopus . . . tractans . . . praesagia rerum . . . hominibus data vel in somniis . . . vel in non solitis elementorum -is. **c** *habitus – Haltung:* ALFAN. premn. phys. 1,78 p. 20 inconveniens est . . . scientia expertia *(i. animalia)* . . . et ad terram deorsum incurvata servitiumque -a (*PG 40,529*[A] διὰ τοῦ σχήματος) demonstrantia dicere propter se facta esse. **d** *collocatio – Position, Positionierung, Stellung:* BRUNUS LONG. chirurg. 1,3 p. 106[G] Galenus . . . sanavit magnum vulnus . . . solum cum aptatione -ę, quod est *eqs. (cf. E. Gurlt, Geschichte d. Chirurgie. I. 1964. p. 727).* 1,4 p. 107[C] patiens supinus iacens taliter collocetur, ut dorsum sit gibbosum et venter existat concavus: et huiusmodi quidem -a praeparationis est . . . utilis omnibus vulneribus, ex quibus exeunt intestina. 1,15 p. 113[E] -am membri. *ibid. al.* **2** *geom. et math.:* GERB. geom. 4,1 -a, quae Graece scema vocatur, est spatium certis terminis inclusum; huius species duae sunt, aut enim planae aut solidae sunt *('Fläche', 'Körper').* 5,1 in angulatis -is. FRANCO LEOD. circ. 1,67 alius *(angulus)* exterior, alius interior appellatur, videlicet quod hic intra -ae terminos comprehensus sit, ille vero extra appositus. 2,131 an negat quisquam -as geometricas visibiles esse, cum omnes circino aut regulae ad dimensionem subiaceant. ALBERT. M. metaph. 5,3,5 p. 263,90 ipse *(circulus)* radix est et principium omnium -arum *eqs. persaepe. de -a geometrica, quae multiplicationem numerorum reddit ('Flächen-, Würfelzahlen'; de re v. P. Vossen, Der Libellus Scolasticus des Walther von Speyer. 1962. p. 131sq.):* WALTH. SPIR. Christoph. II 1,160 postquam planas limabant *famulae (sc. Arithmeticae)* rite -as intervallorum mensuris et spaciorum ordine compositis, cybicas effingere formas nituntur. MATHEM. var. Bubnov p. 249,31 ter . . . tres, id est VIIII, si ter duxeris, XXVII cubi -a producitur. **3** *natur. i. q. corpusculum – Körper:* ALFAN. premn. phys. 2,2 p. 24 secundum eum *(Democritum)* rotundae -ae (*PG 40,535*[B] σχήματα) ex atomis compositae, ignis et aer, animam perficiunt.

B *figmentum, compages, simulacrum – Gebilde, Bild, Darstellung:* **1** *factura, creatura – Schöpfung, Geschöpf:* WALAHFR. carm. 47,1,3 si tam multa unam fabre finxere -am *(i. pallam).* WALTH. SPIR. Christoph. II 1,68 qualiter omnigenas firment elementa -as. 3,220 cunctas animę carnisque -as . . . verbo reparante creavit *Deus.* EKKEH. IV. pict. Mog. 9 tertia telluris dies et maris aucta -is. *al.* **2** *effigies, pictura, statua – Bildnis, Abbild, Skulptur:* **a** *in univ.:* AGIUS vita Hath. 11 cuius *(rotae)* palae diversas animalium -as insertas haberent. TIT. metr. III 8,2,1 pictor Apelleas cupiens aequare -as . . . cervum . . . finxit. WALTH. SPIR. Christoph. II 1,22 interius variis eadem *(aula)* depicta -is. CATAL. thes. Germ. 57,29 lignee . . . cruces et -e sanctorum. LAMB. LEOD. Matth. I 1825 vota Mathię vovit *mulier muta* et implevit subito, lingueque -am detulit ad tumbam sancti linguamque recepit. *saepe.* **b** *de carminibus figuratis q. d.:* HRABAN. epist. 1 p. 382,2sq. ut, si cui commissum tibi *(sc. fratri)* opus *(i. librum in honorem sanctae crucis)* ad rescribendum tradideris, illum admoneas, ut -as in eo factas et conscriptionis ordinem servare non negligat, ne forte, si formas -arum variaverit . . ., operis precium perdat. **c** *de sigillis, monetis i. q. impressio – (Siegel-, Münz-)Bild, 'Gepräge' (de re v. A. Luschin v. Ebengreuth, Allg. Münzkunde u. Geldgeschichte. 1926. p. 539sqq.):* DIPL. Otton. II. 244 p. 276,46 manu propria roborantes presentem paginam -a nostre imaginis supter signari iussimus. DIPL. Conr. II. 58 p. 70,6 sigilli nostri impressione nostre <im>aginis -am continentis. DIPL. Conr. III. 132 p. 240,2 potestatem tradimus . . . cudendi proprie -e denarios. CONST. Melf. add. p. 457,27 si quis campsor inventus fuerit . . . falsam cuiuslibet monete -am integram retinere. CHART. Merseb. 283 p. 225,14 ferro monete -am habentis (*leg.* habenti) non utetur *monetarius* nisi solo (*postea:* ferrum habens impressionem monete). *al. meton. de nummo:* SIGEB. GEMBL. chron. a. 712 Constantinus papa populusque Romanus nomen, litteras et -am Philippici heretici imperatoris suscipere respuit (*sed cf.* PAUL. DIAC. Lang. 6,34 -am solidi). **3** *fallacia – Trugbild, Täuschung:* **a** *in univ.:* WALTHARIUS 762 an corpus vegetet tractabile temet sive per aerias fallas . . . -as. **b** *usu plur. i. q. praestigiae – Gaukelei:* IUSTIN. Lippifl. 129 hic *(sc. vagans)* profert varias magica velut arte -as ac oculos fallit mobilitate manus. **c** *visio, illecebra – Vision, Verlockung:* PAUL. DIAC. carm. 6,137 arce *(sc. Benedictus)* piis meritis varias a corde -as, desidiam et somnos arce piis meritis. **d** *usu plur. i. q. fraus, deceptio – Betrug, Schwindel:* RATHER. epist. 9 p. 45,27 idem miser, infelicissimus et deceptissimus, promissiloquorum -is et aenigmatibus affatim satiatus. **4** *signum – Zeichen:* **a** *littera – Buchstabe:* **α** *in univ.:* PAUL. DIAC. carm. 26,1 aurea quae fulvis rutilant elementa -is, quam clara extiterint membra sepulta, docent. GODESC. SAXO theol. 18 p. 251,22 quod propter epysimon -am Graecam Γ, quae pro hora sexta ponitur, erraverit Latinus interpres putans *eqs. al.* **β** *in iunctura* nominis -a *i. q. subscriptio – Unterschrift:* DIPL. Heinr. II. 301 p. 375,25 nostri nominis -am propria manu signantes inferius sigillo nostro muniri iussimus. **γ** *usu plur. i. q. verba, oratio – Worte, Rede:* WALAHFR. carm. 39,28 nec desidero complacere falsis, sed veris . . . viam loquendi verbis institui parare . . .; et si cunctipotens hoc annuendo . . . dederit, legetis exin nostri pectoris indices -as. **δ** *usu plur. i. q. scientia – Wissenschaft:* DONIZO Mathild. 2,1371 libros ex cunctis habet artibus atque -is. **b** *math. i. q. nota (numeri) – Ziffer, (Zahl-)Zeichen:* BEDA temp. rat. 1,92 toto alphabeti sui *(sc. Graecorum)* charactere in numerorum -as expenso. REINHER. PADERB. comput. praef. p. 10,18 in designatione numerorum -is plerumque utimur aliis quam Latinis. DIXIT ALGORIZMI 33 fecerunt *Indi* . . . IX litteras, quarum -e sunt he: 9 *eqs.* ANON. algor. Salem. p. 2,27 omne . . . scribi et legi potest his IX -is addita ista 0, quae cifra vocatur nichil habens significare. *saepius. de signo mensurae:* RADOLF. epist. 3 p. 521,8 satis siquidem inconveniens esset . . . nomen partis -e annotare, quam habere non possem. RAGIMB. epist. 4 p. 524,17 nec oboli -am vel nomen partium protendere *eqs.* **c** *mus. i. q. nota (soni) – Note, (Noten-)Zeichen:* **α** *in univ.:* SCHOL. enchir. 1,341 illas voculas, quas finales vocamus, eis notulis designamus . . . ita ; graves autem eisdem fere, sed retro

spectantibus -is ita ﾞ ﾉ ﾊ ﾞ. Ioh. Garl. mus. mens. 2,2 -a est repraesentatio soni secundum suum modum; et sciendum, quod huiusmodi -ae aliquando ponuntur sine littera, aliquando cum littera. 2,7 -arum quaedam ligantur ad invicem, quaedam non; -a ligata est, ubicumque fit multitudo punctorum simul iunctorum per suos tractus. 2,12 -a simplex. *saepe*. *de signo pausationis:* Ioh. Garl. mus. mens. 8,2 -a pausationis est signum vel tractus significans dimissionem soni factam in debita quantitate. **β** *ligatura – Ligatur:* Ioh. Garl. mus. mens. 2,22 -a descendendo dicitur esse illa, quando secundus punctus ligaturae inferior est primo. 2,26 omnis -ae descendendo proprietas est, ut primus punctus habeat tractum a latere sinistro. Anon. mus. Sowa 1,1 p. 112,7 binariae -ae differentias videamus. p. 112,25 ternaria -a. 1,2 p. 152,27 -a perfecta. *al.* **d** *de signo crucis (in aere signato):* Rup. Tuit. off. 2,269 quae illatio vel traditio *(sc. Christi)* trina crucis -a signatur dicendo: '*eqs.*' (*postea:* tribus crucibus insignitur). **5** *tabula, schema, diagramma, lineamenta – Tabelle, Schema, Diagramm, Skizze, Zeichnung:* Alcuin. epist. 155 p. 251,5 quod *(sc. cursum lunae)* unius -ae divisione magis quam verborum multiplicatione . . . ostendendum esse non ignobile putavi. Mappae Clavic. 288 p. 243,2 per -am arragab *(cf. notam ed.)*. Anon. geom. I 3,5 subiiciamus . . . -am putei certis litteris insignatam. 4 p. 336,12 cuique theoremati sua -a subiungatur. Albert. M. meteor. 3,1,20capit. de locis, in quibus oriuntur duodecim venti, et de -a, in qua est imaginatio eorum *eqs. saepe*. **6** *signum (caeli), sidus – (Stern-)Bild:* Gesta Bereng. 1,124 nox subit interea variis distincta -is (gloss.: i. e. varietate siderum). Anon. geom. II p. 227,1 XII signabis -as et nomina XII habebunt signorum. *adde:* Richer. Rem. hist. 3,53 fecit *Gerbertus* . . . speram . . ., desuper ferreis atque aereis filis signorum -as complicavit.

II *translate:* **A** *genus, species, modus, ordo, ratio – Form, Art, Verlauf, (An-)Ordnung, Muster, System:* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* Ademar. hist. 3,32 sicut voto promiserat *Basileus imperator*, habitum monasticum Greca -a subterindutus. Albert. M. animal. 1,226 aerem, qui in palato et dentibus plectro linguae frangitur ad vocis -am et sonum musicum. *al.* **b** *frons – Anschein:* Lamb. Leod. Matth. I 631 pars durata malis fidei mentita -am discedit, pars fida manet. Alphita T 31sqq. tipus interpretatur -a (-a vel forma *var. l.*); unde illa quatuor sinthomata febrium interpolatarum . . . dicuntur tipi, quia sub -a, id est sub specie, frigoris celant calorem. **c** *exemplum – Beispiel:* Hrotsv. Theoph. 270 talibus ac tantis *(sc. Davide Petroque)* aliis multisque -is admonitus. Conr. Hirs. mund. cont. 698 hec sit de superbo pictura; que licet suis propriis notis ad humilitatem quemque inflectat, non ab re tamen est, si, quod humili cordi proprium est, suis -is eluceat. **d** *persona – Rolle:* Capit. episc. III p. 311,10 ne nos -am mercennariorum tenere videamur, hac de nobis dicatur: '*eqs.*' Alex. Min. apoc. 10,8 p. 211,7 'audivi vocem de caelo . . . loquentem mecum': hic Iohannes -am tenet alicuius fidelis, quem gratia praeveniens vocat ad statum religionis. **2** *spec.:* **a** *metr. de versibus:* Walahfr. (?) metr. p. 168,27 prima -a quinque continui dactili. Godesc. Saxo gramm. 2 p. 421,13 -a heroici versus habet V dactilos et unum spondeum; est prima -a. *al.* **b** *gramm.:* **α** *spectat ad inflexionem verbi:* Smar. carm. 1,10,11 plura *(verba)* carent numeris, variis et plura -is, plurima personis, plurima namque modis. Conr. Hirs. dial. 306 ut his *(sc. grammaticae)* partibus . . ., accidentiis videlicet et . . . generibus et speciebus, numeris et -is . . . assuescerent *discipuli*. Wibert. Gembl. epist. ad Hildeg. 18,216 nec cognoscens . . . consonantias casuum, -arum, generum, numerorum, graduum. **β** *spectat ad fictionem verbi:* Erchanb. gramm. p. 15,20 -a dicitur vel a figendo sive a fingendo; tunc enim fictio dicitur, quando simplex nomen est, tunc autem finctio, quando nominis est composita positio. p. 79,1 -ae dictionis . . . aut simplices sunt, ut magnus, aut compositae, ut magnanimus. *al.* **c** *rhet.:* **α** *in univ.:* Chart. Fuld. B 166 p. 253,11 (rec. a; a. 780/800) cum . . . in sacris paginibus scemata, -e, tropi . . . inveniantur. Rather. epist. 26 p. 150,21 quod . . . ea -a prolatum intellegatur, qua per id, quod continet, hoc, quod continetur, monstratur. Conr. Mur. summ. p. 61,7 subscripte -e ad bonitatem epistolaris dictaminis parum vel nichil operantur, immo potius obsunt. p. 112,4 primus modus *(sc. abbreviandi)* fit per -am, que dicitur emphasis. *saepe*. **β** *de accusativo Graeco q. d.:* Gunzo epist. 4 p. 25,11 Virgilius accusativum pro genitivo aut ablativo miranter posuit . . ., quę -a apud Latinos rarissima, apud Homerum frequens invenitur *(cf. Serv. Aen. 10,698)*. **d** *mus.:* Aurel. Reom. mus. 19,8 en -a melodie, sicut subiectum notarum demonstrat formula: *eqs.* 19,49 adest litteratura plagis deuteri cum sonoritatis -a: 'Noeane'. **e** *philos. i. q. principium – Prinzip:* Albert. M. veget. 2,8 terra . . . magis accedit ad rationem matris *(sc. plantarum)*, quoniam ministrat materiam et fomentum . . ., sed deficit in hoc, quod -am instrumentalem, quemadmodum feminae animalium, non habet. **f** *log. spectat ad syllogismum (de re v. R. Eisler, Wb. d. philos. Begriffe. II. 41929. p. 769sq.):* Albert. M. anal. pr. 1,2,2 p. 487a,21 sciendum . . ., quod -a syllogismi non est nisi possibilis ad syllogismi complexionem trium terminorum dispositio et ordo. Iob 38,2 argui non potest nisi in secunda -a sic: fur est errabundus de nocte, et iste est errabundus de nocte, ergo iste est fur; qui sermo licet -am habeat, tamen . . . inutilis coniugatio est. *saepius*. **g** *publ. i. q. formula – Fassung, Version (in iunctura* prima -a *i. q. archetypus – Original):* Chart. ord. Teut. (Thur.) 117 (a. 1251) nos . . . pape litteras . . . fratribus hospitalis . . . indultas in prima sui -a . . . vidimus. Const. imp. III 51 p. 47,42 prefate . . . littere erant non cancellate, non abolite . . ., sed per omnia in prima sua -a. **h** *iur. in iunctura* -a iudicii *i. q. iudicium rationem praescriptam observans – ordentliches Gerichtsverfahren (de re v. H. v. Voltelini, Die Südtiroler Notariats-Imbreviaturen. I. 1899. p. CLXXVI):* Chart. Sil. D I 83 p. 55, 38 (a. 1202/03) particulam dicte ville . . . licet in -a iudicii eam adipisci non valuisset *presbyter*. Chart. Altenburg. 180,11 quicumque fecerit emendam extra -am iudicii ita, quod digitum non levat infra quatuor scampna. Acta imp. Winkelm. I 500 ut . . . summarie et de plano, sine libelli oblatione, contestatione litis atque strepitu et -a iudicii . . . ad restitutionem predicti casalis . . . <procedatis> *(sc. magister iustitiarius)*. Chart. Burgenl. I 461 super terra Kazmer vocata contencio ventilatur et decretum est per -am iudicii, ut *eqs. saepe*.

B *imago, figuratio – (Vorab-)Bild, Verbildlichung:* **1** *in univ.:* Anon. secret. p. 48 quia scias, quod instrumentum proprium est pro dissolutione, et hoc dicitur balneum in -a. Ps. Arist. lap. I p. 186,20 loquimur post de duobus eorum *(lapidum)* aperte et de duobus occulte et in -a. Annal. Ianuens. II p. 173,15 vere fuit ei *(Federico)* Ianua porta, que per -am porta vocatur, quia per Ianuam habuit accessum ad id, quod sperabat. Albert. M. sacram. 71 p. 50,59 -a necesse est in aliquo deficere a figurato. *al.* *adde:* Hildeg. epist. 41R,19 vix vivit anima tua *(sc. hominis)* propter opera tua, nisi quod tantum aspicis quasi per -am ad aliam vitam (*spectat ad Vulg. I Cor. 13,12* per speculum in enigmate). **2** *allegoria, metaphora, similitudo – Allegorie, Metapher, Gleichnis:* Rimb. Anscar. 37 p. 71,37 quod beatus Gregorius in -a pastorum . . . de pastoribus ecclesiae dixit. Rather. epist. 13 p. 69,3 de limo est factus *homo*; quae igitur haec -a limi? Rup. Tuit. vict. 3,4 p. 88,19 dicta vel decreta sua sic temperavit *Deus*, ita similitudinibus vel -is obumbravit mysticis. Carm. cod. Vindob. (806) 6,4 te rosa, porta . . ., florida tellus signant obscuris, pia virgo Maria, -is. Lamb. Leod. Matth. I 1787 ut . . . -am nominis exigui parvo . . . reponeret *Matthias* evo. *saepe*. **3** σύμβολον – *Symbol:* Radbert. corp. Dom. 4,1 utrum sub -a an veritate hoc mysticum calicis fiat sacramentum. 4,39 -a *(sc. est)* . . ., dum sacerdos quasi aliud exterius gerens ob recordationem sacrae passionis *eqs.* Dipl. Karoli M. 254 p. 366,17 (spur.) in -a sancte trinitatis. Berth. Ratisb. serm. exc. p. 7,4 illi *(homines)* dicunt, videlicet . . . corpus Christi non esse verum et vivum corpus Christi, sed signum sive -am, 'bezeichenunge', tantum corporis Christi. *al.* **4** *praefiguratio, typus – Vorabbild, Präfiguration, Typus (usu theol.):* Hraban. carm. 16,3 signent quid prisca -is, quid reseret Christus. Ermenr. ad Grim. 5 p. 539,35 portat . . . arca Noe sub -a ecclesiae et mitia et venenata animalia. Albert. M. sent. 4,8,2 p. 176a,14 tangit magister quadruplicem -am huius

[Leithe-Jasper]

(eucharistiae) sacramenti, scilicet manna ... et oblationem Melchisedech *eqs. persaepe*. *in oppositione veritatis (i. novi testamenti):* RADBERT. corp. Dom. 7,37 scire convenit, quod veritas hinc conpletur, quam prius -a praemisit. MANEG. c. Wolfh. 16 p. 79,2 removit *rex Iudaeorum* -am, aperuit veritatem. ALBERT. M. sent. 4,37,1 p. 382a,27 quod perfectior est veritas quam typus et -a. *saepius*.

***figurabilis,** -e. **1** *qui formari, figurari potest – formbar, gestaltbar:* ALBERT. M. cael. hier. 15,1 p. 222,59sq. id, quod delet omnem figuram, non est -e; sed ignis delet omnem figuram consumendo, ergo non est -e. p. 222,84 quod assumunt *angeli* aliquod corpus subtile non-figurabile, ut ignis vel aeris. meteor. 4,3,8 formabilia ... sive -ia sunt, quaecumque sunt impulsui cedentia et manentia. animal. 12,204 animal ... quadrupes ... non habet vocem divisibilem et -em in formas literarum. *ibid. al.* *qui scalpi potest – schnitzbar:* ALBERT. M. veget. 6,9 est ... hoc lignum non -e in figuras parvulorum angulorum. **2** *qui describi potest, comprehensibilis, perspicuus – darstellbar, erfassbar:* ALBERT. M. summ. theol. I 1,5,2 p. 18,66 ut ex proprietatibus pluribus clarius manifestet *theologia* id, quod secundum se nec formabile nec -e est.

***figurabilitas,** -atis *f.* *possibilitas figuram, formam suscipiendi – Formbarkeit, Gestaltbarkeit:* ALBERT. M. metaph. 3,3,11 p. 150,67 cum ... in his sicut in moventibus et instrumentis sui esse est substantia, mensurabilitatem accipit et -em. p. 150,80 omnes formas substantiae membrorum ... in imaginativis ... virtutibus dimensibilitatem et -em accipere.

figuralis, -e. **1** *spectat ad figuram, speciem:* **a** *figuram, formam habens – Gestalt, Form habend:* ALBERT. M. sent. 4,6,3 p. 121b,16 quantitas virtutis non potest habere rationem figurae et sic non est character -is vel forma circa hoc aliquid constans. **b** *superficialis, generalis – umreißend, schematisch, äußerlich, allgemein:* ALBERT. M. top. 1,1,5 p. 249a,12 quia ex communibus est, omnis syllogismus dialecticus -is est, quia figura extrinsece est ultimum, ad quod terminatur essentia figurati. eth. II 1,4,1capit. quod in hac scientia *(sc. ethica)* non debet exquiri certitudo, sed sufficit -is ostensio. *al.* **c** *math. de numero i. qui spectat ad dimensiones figurarum geometricarum – 'figuriert' (de re v. E. Hellgardt, Zum Problem symbolbestimmter u. formalästhetischer Zahlenkomposition in mittelalt. Lit. 1973. p. 32sqq.):* ALBERT. M. cael. 3,2,2 p. 224, 23 unus -is numerus ex altero generatur et ad alterum resolvitur. **2** *spectat ad imaginem, translationem:* **a** *allegoricus – allegorisch, sinnbildhaft:* VITA Mariae rhythm. 1858 hic de Iacob oriens est -is stella, qui pro mundo natus est de virgine puella. **b** *symbolicus – symbolisch:* BENZO ad Heinr. IV. 1,17 p. 152,16 basileus ... misit tibi signa similia, videlicet de sudario Domini, de cruce ...; his itaque -bus signis potes ... certam sperare victoriam de omnibus inimicis. **c** *praefigurans, typicus – vorabbildend, vorausdeutend:* CHRIST. STAB. Matth. 26,294 Dominus ostendit -e testamentum a se praeceptum, donec veniret verum. GERHOH. aedif. 18 p. 150,9 si episcopus speciem Iacob in se ipso exprimens in hoc -em Iacob velit imitari. CHART. Mog. A II 94 p. 182,23 iuxta -em diei septimę requiem. *al.*

adv. **figuraliter.** **1** *spectat ad figuram, speciem:* **a** *figura, diagrammate adiuvante – mittels einer Zeichnung, Skizze:* ANON. geom. I 3,16 quod ut apertius intelligatur, orthogonium cum altitudine metienda -r visui supponatur. **b** *mus. i. q. exornate – verziert:* ELIAS SAL. mus. 30 p. 58b,17 nimis -r ponis punctos (*antea:* si quisquam ... posuerit vanos punctos). **c** *adumbratim, summatim, generaliter – schematisch, umrisshaft, im Allgemeinen:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 7,17 de hiis eisdem non dicemus nisi -r et quantum sufficit ad nostrum propositum. ALBERT. M. eth. I 13 p. 11,11 '-r' (*p. 1094a,25* τύπῳ) ... dicit, quia huiusmodi artes, quae non sunt demonstrativae, utuntur argumentationibus imperfectis. anim. 2,1,4 p. 70,63 -r ..., hoc est superficialiter et universaliter *eqs.* eth. II 1,4,3 p. 53a,18 -r ... dicimus, quando ex exterioribus rei, quae exterius rem terminant et essentialiter non sunt, aliquid ostenditur. *saepius*. **2** *spectat ad imaginem, translationem:* **a** *in imagine, allegorice – bildlich, allegorisch:* BEDA temp. rat. 5,15 septuaginta duorum discipulorum summam -r explanans *Augustinus*. LIBRI Karol. II 3 p. 241,17 civitas Dei -r in sacris litteris interdum anima hominis, quę a Deo inhabitatur, ... accipitur. ALEX. MIN. apoc. 21 p. 470,18 beatus Franciscus interrogatus, si vellet uxorem ducere, -r respondit: '*eqs.*' *saepius*. **b** *modo praefigurationis, typice – auf vorabbildende, vorausdeutende Weise:* LIBRI Karol. IV 18 p. 534,3 futuras circa finem mundi angustias -r sensit *Abraham*. HRABAN. epist. 9 p. 395,3 in quo *(libro exodi)* pene omnia sacramenta ... -r exprimuntur. GERHOH. aedif. 20 p. 152,2 rarus quilibet invenitur episcopus, in quo species Iacob ... appareat ..., quae ille *(Iacob)* -r gessit, specialiter exequendo. *al.*

figurate *v.* figuro.

figuratio, -onis *f.* **1** *proprie:* **a** *formatio, forma, figura – Bildung, Gestaltung, Gestalt, Figur:* **α** *gener.:* ALBERT. M. cael. hier. 15,1 p. 219,6 determinat *Dionysius* de -bus angelorum sensibilibus. phys. 1,3,8 p. 52,38 cuprum ... infiguratum est ad statuam secundum se, sed per artem accipit -em. veget. 7,68 substantia farinalis *(sc. seminis)*, quae ... suscipit formationem et -em in plantam et plantae organa. *de figura lunae:* CONSTANT. AFRIC. theor. 10,9 p. 54av hoc est in XVII. die completis lune -bus. **β** *geom.:* ALBERT. M. anim. 2,1,11 p. 81,19 simplicior figurarum est triangulus secundum formam -is, quia et in lineis est unicae formae et in superficie. **b** *effigies, simulacrum, signum – Darstellung, Bild, Zeichen:* **α** *in univ.:* EINH. Karol. 33 p. 40,25 quae *(mensa)* ... totius mundi descriptionem subtili ac minuta -e (operatione *var. l.*) conplectitur. **β** *de sidere:* ANON. astrolab. p. 374,9 in qua Wazzalcora *(i. astrolabio)* ... omnia ritu coelestium -um architectonica ratione notantur. **γ** *notatio, nota – Notierung, Notierweise, Note(nzeichen):* FRANCO COL. cant. mens. 4,9 cuius *(sc. longae)* -o quadrangularis est caudam habens in parte dextra descendentem. ANON. IV mus. 2 p. 56,13 quidam posuerunt quatuor ligatas in principio sine tractu et postmodum tres ligatas ... et per istam -em intelligebant sextum modum. 7 p. 85,26 est -o consimilis sicut in aliis regularibus, quamvis in aliquibus sit differentia. **2** *translate:* **a** *log. i. q. species – Form, Art:* ALBERT. M. elench. 1,3,21 p. 599b,18 similis ... est talis *(sc. fallaciae)* -o in singulari et in plurali *eqs.* **b** *imago, translatio – Bildhaftigkeit, Verbildlichung:* **α** *in univ.:* RUP. TUIT. Ioh. 6,1233 non nobis adversatur, quia ... ista -o locutionis veritatem rei non perimit. 6,1240sq. **β** *theol. i. q. praefiguratio, typus – Vorabbild, Typus:* HILDEG. scivias 2,1 l. 264 quod ... tres magnae stellae ... in ... tenebris apparuerunt ...: haec sunt in -e supernae trinitatis magna luminaria, videlicet Abraham, Isaac et Iacob.

figurativus, -a, -um. *c. gen. obi.: p.233,6.8.* **1** *spectat ad figuram i. qui figuram dat, formans – gestalt-, formgebend, schöpferisch:* ALBERT. M. veget. 4,128 in quo *(sc. quantitate virtutis seminum)* est virtus -a et formativa ad speciem hanc vel illam. mot. proc. 2,13 p. 74,33 a virtutibus ... caelestibus virtutem habet *anima* -am. animal. 16,33 virtutes -as spermatis esse extrinsecas et caelestes secundum originem. **2** *spectat ad imaginem:* **a** *imaginatus, fictus, ficticius – (ein)gebildet, erfunden:* CAES. HEIST. mirac. I 11,4 p. 273,21 vere pulsata est tabula, et cessavit visio -a. ALBERT. M. cael. hier. 15,14 p. 251,30 'manifestatione ... perfecta ... ad non remanendum nos humiliter ... in phantasiis -is' (*PG 3,340B* τυπωτικαῖς). **b** *fallax, falsus – (vor)täuschend, Trug-:* HERBORD. Ott. praef. p. 7,19 hos ego non laudatores veros, sed -os criminatores arguerim. CHRONOGR. Corb. p. 90,3 adversarius noster circuiens nocendi locum ... nec inveniens ... -a inductione illudit. **c** *translatus, metaphoricus – bildlich, übertragen, metaphorisch:* **α** *in univ.:* RUP. TUIT. trin. prol. 4 facies Moysi cum ... -is cum vocibus sensum suum ... velare oportuerit. IDUNG. PRUF. dial. 3,371 potest ... tunica accipi pro veste, scilicet species pro genere, et ita erit illa l o c u t i o accidentalis, id est -a (GERHOH. epist. [Scholastik 13. p. 47,26sq.]. ALBERT. M. summ. theol. I 10,43,1 p. 334,93. *al.*). *al.* **β** *symbolicus – symbolisch:* RATHER. epist. 13 p. 68,19sq. sicut in Cana Gallileae vinum Dei imperio verum et non -um fuit ex aqua factum, ita istud Dei benedictione vinum verus et non -us efficitur sanguis

[Leithe-Jasper]

et caro panis. VITA Serv. 5 p. 18,4 ille . . . vere a Deo consecratus . . ., qui -orum nitorem ornatuum non ad aucupationem plebeiorum gestabat oculorum, sed figuratarum expressit in se veritatem virtutum. *al.* **γ** *praefigurans, typicus – vorabbildend, vorausdeutend:* LAMB. TUIT. Herib. 2,1 p. 203,12 pater Helyas modicum soporatur et speculatione futurorum -a honoratur. HIST. de exp. Frid. imp. p. 59,3 ad illam dominicam Ierusalem, celestis Ierusalem -am, suspirabamus. *al.*

adv. **figurative.** **1** *translate, metaphorice – bildlich, übertragen, metaphorisch:* BERENG. TREV. myst. (PL 160,988[C]) haec est illa lux, per quam idem Noe illustratus est -e, quando columba sibi ramum deferebat olivae *(spectat ad Vulg. Ioh. 8,12)*. CAES. HEIST. mirac. I 4,92 p. 258,33 quid est, quod Dominus in evangelio aperte prohibet gulam et -e luxuriam? Ps. AVIC. anim. 9,1 p. 457 quicquid fui locutus usque modo de levamine solis, non fui locutus unum pro alio, -e, sed unum pro eodem. *al.* **2** *symbolice – symbolisch:* ALBERT. MIL. temp. 149 p. 427,3 per Berengarium turbata fuit ecclesia, qui asserebat corpus et sanguinem Christi non vere, sed -e esse in altari.

figurator, -oris *m.* *qui (aes) format, faber – einer der (Erz) formt, Schmied:* ALBERT. M. pol. 1,1[h] p. 9[b],43 'quod natura nihil tale facit, quale aeris -es (*p. 1252[b],2* χαλκοτύποι)', qui faciunt Delphicum gladium.

figuro, -avi, -atum, -are. *script.* vi-: PAUL. ALBAR. carm. 10,31. *partic. perf. usu adi.: l.63.*

I *proprie:* **A** *spectat ad figuram, formam i. q. formare, fingere, fabricare, plasmare – formen, gestalten, bilden, in Gestalt bringen (pass. i. q. fingi, apparere – Gestalt annehmen, erscheinen):* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* DYNAMID. Hippocr. 1,21 semen apii tritum et aliud tantum semen anethi . . . trita et cribrata . . . pillulae -entur. ALFAN. premn. phys. 14,5 p. 91 in hoc *(ore)* . . . plasmatur et -atur (*PG 40,668[B]* σχηματίζεται) et quasi specificatur dictio. ALBERT. M. veget. 4,113 -atur omnis planta aut arbor pyramidaliter, quae figuram habet pyramidis. WILH. SALIC. chirurg. 3,16 p. 347[D] hastella lignea -ta ad modum solae subtelaris, quae extendatur subtus pedem. *saepe.* *de digitorum locutione:* BEDA temp. rat. 1,77 potest . . . de ipso, quem praenotavi, computo quaedam manualis loquela . . . -ari. **b** *transformare, mutare (in) – umformen, abändern (zu):* MARIAN. chron. a. m. 2509 a feritate eorum *(hominum)* et nimia imperitia ad humanitatem et scientiam -bat *Prometheus.* **c** *(col)locare, in positionem redigere – lagern, in Position bringen:* BRUNUS LONG. chirurg. 1,3 p. 106[G] membrum . . . taliter -etur, ut vulnus sit inferius, ita quod ab ipso virus effluere possit. **d** *construere, figere – errichten:* ALBERT. STAD. Troil. 2,549 tendunt *Graeci* tentoria, castra -ant et facta cingunt obsidione Friges. **2** *geom.:* GERB. geom. 2,6 qui *(solidus)* in planitiei . . . aequalitate non potest aperte -ari. ALBERT. M. gener. 1,1,8 p. 117,57 infra vel extra disponunt *atomi* trigona cum quadratis vel aliter -tis. **B** *spectat ad effigiem, signum i. q. effingere, describere, pingere, sculpere, ornare – darstellen, zeichnen, malen, (aus)schmücken:* **1** *de artificiis sim.:* VITA Laur. Sip. 4 (MGLang. p. 545,11) ecclesias . . . depingi . . . procuravit et Sipontinam una cum Garganensi in earum medio -vit. EINH. Karol. 33 p. 40,12 (testam.) quae *(mensa)* forma rotunda Romanae urbis effigie -ta (decorata *var. l.*) est. ADEMAR. hist. 3,16 l. 45 luctuosa mors Ludovici -ta est in aere. VITA Walar. 22 (MGMer. IV p. 168,36) stips erat magnus diversis imaginibus -tus. *saepius.* **2** *cudere – prägen, mit einem Münzbild versehen:* CHRON. Fred. 2,30 p. 53,20 Aracus argenteis nummus primus in Urbe -are fecit *(spectat ad Hier. chron. a. Abr. 271)*. LEO MARS. chron. 1,26 p. 75,4 tredecim milia solidos aureos -tos. *al.* *adde:* ERCHEMB. Cas. hist. 4 in suos aureos eiusque *(regis)* nomine aliquamdiu -ari placuit *Grimoaldus.* **3** *insignire, notare – bezeichnen, (mit einem Zeichen) darstellen, kennzeichnen:* **a** *in univ.:* SALOM. III. carm. II 23 ex quibus *(sc. editione psalterii communi)* Hebraicae interpres linguae venerandus et reprobanda notat nec non retinenda -at. ABBO FLOR. calc. 3,51 quod assis sicut unum soleat -ari per litteram I. **b** *de notis (sonorum), notificatione:* Ps. ODO CLUN. dial. 15 p. 261[b] acutissima eius *(quinti modi)* decima tertia f. eadem littera -atur. GUIDO ARET. microl. 5,19 omnes sonos secundum . . . antiquos musicos septem litteris -vimus. ANON. pos. disc. p. 190,7 semibreves, quae sic -antur. *saepe.* **c** *signare – besiegeln:* DIPL. Otton. III. 326 hanc *(paginam)* subtus manu propria corroborantes cum huius plumbi bulla -ari et insigniri precepimus. DIPL. Conr. II. 66 sigilli nostri . . . imagine. CHART. Traiect. 1507 p. 265,36 presentem litteram sigillo nostro episcopali necnon . . . Ghiselberti . . . militis premissa omnia ratificari et -ari a nobis . . . postulantis . . . tradidimus communitam. *al.* **4** *de signo crucis i. q. facere – 'schlagen':* VITA Austrig. 6 (MGMer. IV p. 195,22) signum crucis -vit.

II *translate:* **A** *usu vario:* **1** *animo concipere, imaginari – ausdenken, sich vorstellen:* FRID. II. IMP. epist. C 1 (DtArch. 45. 1989. p. 99,24) gaudemus . . . merito, quod illa, que cupimus, illa, que in te *(sc. comite)* prematurius -amus, ad nostre serenitatis auditum de tue strenuitatis actibus letifica nova perveniunt. **2** *efficere, conficere – verwirklichen, realisieren:* CHRON. Mont. Ser. a. 1212 p. 182,10 quod monstrum numquam prius in ecclesia visum est; ad quod tamen -andum istos *(fratres laicos)* fortassis antiquum Romanorum induxit exemplum *eqs.* **3** *refl. i. q. se gerere, manifestare – sich geben, zeigen:* ALBERT. STAD. Troil. 5,377 haut secus in Frigibus Pirri se dextra -at, dum nece multiplici sanguinolentat agros. **4** *designare, nominare – designieren, einsetzen (als):* RUD. TRUD. gest. 3,15 imperator . . . supra eum *(episcopum Herimannum)* Mettensibus alium -vit episcopum. **5** *adumbrare, delineare – andeuten, skizzieren, umreißen:* SALOM. III. carm. I prol. 29 dicere iam . . . decet, quid prologus iste -et. **6** *supplere – ersetzen, vertreten: v. l.65.* **B** *spectat ad translationem i. q. (per imaginem, allegorice) describere – (bildlich, übertragen) darstellen:* **1** *in univ.:* FROWIN. (?) ver. 1098 (CC Cont. Med. CXXXIV. 1998. p. 512) 'beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt', non per aliquam corporaliter vel spiritualiter -tam significationem tamquam per speculum in aenigmate, sed *eqs.* CAES. HEIST. hom. exc. 211 credo, quod de benedicto fructu -te arboris, id est filio virginis, reficiatur et sacietur *laicus mortuus* in vita eterna. **2** *symbolo describere – symbolisieren:* AMALAR. off. 4,29,1 quinquaginta dies post pascha Domini . . . -ant illam laetitiam, quae *eqs.* GERH. AUGUST. Udalr. 1,9 l. 180 qui *(chalcedon)* flammam internae caritatis -at. IDUNG. PRUF. argum. 257 si negat *clericus* . . . habere in capite signum eius *(i. tonsuram)*, per quod illi mancipatur et regis sui regnum et sacerdotium -atur. *saepius.* **3** *praesignare, praefigurare – vorabbilden, präfigurieren:* HRABAN. epist. 9 p. 395,6 per transitum maris rubri et . . . Aegyptiorum submersionem baptismi mysterium et spiritualium hostium interitus -atur. RADBERT. corp. Dom. 5,25 quae *(eucharistia)* prius per agnum vel per eandem e caelis escam -batur credentibus adfutura. *al.*

monachorum . . . et, quod erat -ius, summi benedictione pontificis. MANEG. c. Wolfh. p. 98,4 perit fides . . ., -issimum argumentum futurorum bonorum, et succedit perfidia. *al.* **c** *certus, exploratus, authenticus – zuverlässig, gewiss, glaubwürdig:* HRABAN. epist. 39 p. 477,37 doctores . . . inveniuntur . . . patrum dictis suas sententias roborare . . .; quo certiora ac -iora . . . ea *(opuscula)* esse considerant. Ps. ALCUIN. mus. p. 26b,21 libros antiquissimos atque -os authenticos vocamus. ALFAN. premn. phys. 3,29 p. 57 -a (*PG 40,604A* ἰσχυραί) . . . sunt nobis inimicorum testimonia. *al.* *locut.* -um tenere *i. q. pro certo habere – für gewiss, sicher halten:* GERB. epist. math. II 11 nisi . . . -um teneretis *(sc. lectores)* ac fixum vim numerorum . . . in se omnium rerum continere primordia *eqs.* HONOR. III. registr. 128 p. 94,19 tenere insuper -um debes, quod *eqs. (cf. l. 53sqq.)* **d** *inconcussus – unerschütterlich:* HUGEB. Wynneb. 8 p. 113,19 ut secundum scripturam 'in ore duorum vel trium' *(sc. testium)* -a *(sic)* staret consilium *(spectat ad Vulg. Matth. 18,16)*. WETT. Gall. 29 p. 273,22 tractans utilitatem plurimorum in semet ipso frangebat, quod diebus suis -um se habere posse sperabat. GODESC. SAXO theol. 21 p. 289,10 multo magis mihi placet sensus et sententia nostra quam sua *(sc. Hieronymi)*, quia profecto non est -a. *obligatorius – verbindlich:* HROTSV. gest. 222 se promisit *frater regis* fore promptum, votis ac -is hoc confirmaverat orsis. **e** *determinatus, definitivus – bestimmt:* ALBERT. M. animal. 16,137 id, quod generatum est, -am habet mixtionem ex utroque *(sc. animali coeunte)*. metaph. 4,2,6 p. 183,2 cum negatio dicat non esse, quod non est, et non sequatur ad eam affirmatio, tunc 'non-esse erit -um (*p. 1008a,17* βέβαιον)' et intransmutabile in esse. *ibid. al.*

II *publ., iur., canon.:* **A** *praevalente respectu securitatis i. q. integer, securus – unangefochten, unbeeinträchtigt:* TRAD. Scheftl. 2 (a. 776) totum . . . trado ad ecclesiam . . ., ubi sit -um nullo contradicente. TRAD. Frising. 95 p. 114,5 ut canonicae ad ipsum locum oboedientes permaneamus -i et stabiles. FORM. Sal. Merk. 66 p. 263,28 melius est per epistola quam per hominem mandatum, quia inde -ior *(sic)* sumus. FORM. Patav. 6 p. 459,36 ut idem locus *(i. coenobium)* deinceps -ior (fim- *cod.*) futuris temporibus habeatur. LEX fam. Worm. 2 cuicumque ex familia mansum illum dederit *minister loci*, hic postea -us haeres erit. CHART. Pomm. 589 omnibus ad civitatem nostram venire volentibus . . . -um ducatum et liberum prestamus *(sc. dux). al.* **B** *praevalente respectu auctoritatis, dicionis, legitimae potentiae i. q. ratus, confirmatus (iuridiciali modo), obligans – gültig, rechtskräftig, (rechtlich) gesichert, bindend:* **1** *spectat ad negotia agenda vel peracta:* **a** *in univ.:* LEX Baiuv. 16,2 per cartam aut per testes conprobetur -a emptio (16,3). TRAD. Patav. 5a p. 6,16 (a. 754) haec donatio a me facta omni tempore -a permaneat (15 p. 14,23 traditio. CHART. Sangall. A 40 seat donatio ferma . . .; presens ec gartola homni tempore ferma et inlisa permaniat. *saepe in formula corroborationis*). TRAD. Corb. 30 si filios habuerit *Tiadde*, irrita erit traditio; sin autem -a permaneat *eqs. saepe.* **b** *locut.:* **α** -um habere *i. q. observare, ratum habere – beachten, bestätigen, für gültig halten:* COD. Wang. Trident. 62 p. 663,32sqq. (a. 1210) episcopus noluit -um habere: dacionem seu cessionem vel societatem, quam . . . Odolricus fecit . . .; item . . . episcopus noluit -um habere, si *eqs. al.* CHART. Tirol. notar. I 22a p. 11,1 quicquid . . . Arnoldus in predictis omnibus fecerit . . ., -um habere promisit *episcopus.* **β** per -am manum, sub manu -a *i. q. astipulatione per manum facta – vertraglich:* TRAD. Weiss. 100 p. 304,26 (a. 788) quicquid conquirere potui *(sc. Hildolfus)* . . ., per -am manum . . . tradidi sub presentia testium, ut *eqs.* HARIULF. chron. 4,21 p. 233,28 quam *(terram)* tenebat *Agenardus* solummodo in vita sua sub manu -a cum redditione census. **2** *spectat ad iura, potestatem sim.:* **a** *in univ.:* LEG. Lang. p. 129,15 -is (-a, firmiter, -us *var. l.; cf. p. 280,9*) ei *(sc. manumisso)* sua permaneat libertas. CHART. Fuld. B 18 p. 36,12 ut . . . possidendi . . . liberam ac -issimam . . . habeant *(sc. emptores)* potestatem (CHART. Sangall. A 138 liperam ac formissimam abiant . . . p. *al.*). DIPL. Ludow. Germ. 16 p. 19,41 hoc *(i. commutationes)* in postmodum iure -issimo mansurum esse volumus. CHART. Westph. VII 671 Godescalco militi . . . curiam . . . in feodo -o, quod teutonice dicitur recht len, porrexi. *al.* *adde:* PASS. Kil. I 5 quoscumque sua convertere potuisset doctrina, libera adque -issima hoc faceret *Kilianus* potestate. **b** -a aetas *i. q. virilitas – Mannesalter, Volljährigkeit:* LEG. Burgund. Rom. 14,5 quod, si pater apud hostes est et filius ⌊-am etatem habuerit⌋ (firmitate fuerit *var. l.*), contractus eius legitimus iudicetur. **3** *usu vario:* **a** *in univ.:* LEG. Lang. p. 131,15 hoc . . . capitulum amodo statuimus, ut -is (-um, -us *var. l.; cf. p. 279,66*) sit. DIPL. Heinr. II. 210 p. 247,40 de forestis . . . tam -am . . . facimus roborationem, ut *eqs.* CHART. Ital. Ficker 165 p. 207,9 ut hec . . . dicta semper in omnibus -a habeantur. CHART. scrin. Col. A I 6 p. 283,41 hec -a erunt, si predictus Theodericus de partibus transmarinis non revertitur. *saepe.* **b** *de ipsis chartis:* CHART. Mog. A I 111 p. 57,20 (a. 810) ego . . . abbas . . . dono . . ., quantumcumque . . . per chartas -as inveni *eqs.* **c** *de finibus i. q. definitus, defixus – (verbindlich) festgelegt, unverrückbar:* DIPL. Karoli M. 245 p. 346,31 (spur. s. X.) hos terminos . . . -os et intransibiles circumscribi iussimus.

III *milit.:* **A** *in univ.:* POETA SAXO 2,164 fido -oque relicto presidio iuvenes . . . acres assumpsit *Karolus* secum. THIETM. chron. 7,65 suos . . . milites apud nos -a detentos custodia . . . relaxari peciit *Liudulfus. al.* *adde:* ADALB. MAGD. chron. a. 939 p. 160,26 castellum . . . -a undique obsidione circumdedit *rex.* **B** *de munitionibus sim. i. q. bene munitus, armatus – wohlbefestigt, -bewehrt:* RIMB. Anscar. 19 p. 42,8 quia civitas ipsa non multum -a erat *eqs.* POETA SAXO 2,257 -a se clausit *dux* in urbe Salerno. WIPO gest. 12 p. 33,21 castella et munitiones -issimas dissipavit *rex* (ANNAL. Plac. a. 1246 p. 492,52 formissimis munitionibus). *saepe.*

IV *t. t. mus.* cantus -us *i. q. cantus planus – einstimmiger Choralgesang (de re v. LexMusLat. I. p. 395sq. et H. Riemann, Musiklexikon, Sachteil. 121967. p. 145):* HIER. MOR. mus. 25 p. 179,27 quoniam . . . factus . . . -us sive planus . . . cantus potest considerari dupliciter *eqs.* ANON. pos. disc. p. 191,1 super quamlibet notam -i cantus ad minus duae notae . . . proferri debent. SALIMB. chron. a. 1247 p. 182,2 sciebat *frater Henricus* . . . cantus pulcherrimos . . . invenire, tam modulatos, id est fractos, quam -os. p. 183,14 in utroque cantu, scilicet -o et fracto. *al.*

subst. **firmum,** -i *n.* **1** *quod concretum est, solidum – etwas Festes:* ALFAN. premn. phys. 4,5 p. 59 omne . . . compositum ex elementis aut -um (*PG 40,608B* στερεόν) est aut humor aut spiritus. ALBERT. M. lin. 6 p. 480a,39 longitudo . . ., quae est superficies vel -um sive corpus *eqs.* **2** *loca difficilia accessu, regio secura – schwer zugängliches, sicheres Gebiet:* ANNALISTA SAXO a. 1102 p. 509,27 Rotberto in terre sue -iora se recipiente nec locum pugne dante *eqs.* **3** *locut.:* **a** ad -um *i. q. (iuridiciali modo) confirmate – rechtsverbindlich:* CHART. Lux. IV 198 p. 273,11 (a. 1269) nos ea *(sc. bona)* . . . obligamus perpetuo ad -um. p. 273,31 traditum perpetuo ad -um et munimen. **b** nihil -i habere *i. q. haud manere, haud perseverare – keinen Bestand haben:* OTTO FRISING. gest. 1,47 p. 67,26 humanae iocunditatis nichil -i habens velox momentum.

adv. **1. firme.** **1** *solide, magnopere, certe, fideliter, constanter – fest, nachdrücklich, zuverlässig, getreulich, unerschütterlich:* **a** *in univ.:* RIMB. Anscar. 40 p. 75,18 -issime . . . crede . . . et nullatenus dubites, quia *eqs.* (*sim.* IDUNG. PRUF. argum. 438). RUOTG. Brun. 36 p. 37,26 ut filio . . . imperator . . . paternam -issime pietatem inpenderet. BERTH. chron. B a. 1077 p. 291,15 legatis suis precepit *dominus apostolicus*, ut utrumque regem -issime premonerent, quatinus *eqs. al.* **b** *de confirmatione iuridiciali:* NOTIT. Arnon. 6,2 quod . . . fuit beneficiatum, . . . ipsa traditione . . . dux ad ipso loco plenius et -ius fecit confirmare. CHART. Fuld. A 244 p. 126,27 ego Theotricus rogatus scripsi *(sc. hanc chartam)* . . . cuncte ac -e. DIPL. Karoli III. 5 ut . . ., quicquid huic comprehensum est nostro firmitatis precepto, . . . firmum . . . permaneat nostra -issime auctoritate roboratum *eqs.* TRAD. Brixin. 35 tradidit . . . episcopus . . . quinque mancipia, et in ipsa hora tria -e reddidit et duo . . . tradenda certius promisit. *al.* *de personis con-*

foederatis ('auf das Innigste'): BERTH. chron. B a. 1077 p. 280,9 hic *(episcopus Augustensis)* regi . . . fidei non fictae pactione -issime confoederatus *eqs.* **2** *applene, admodum, paene – gänzlich, völlig, ganz und gar:* DIPL. Ludow. Germ. 80 p. 117,14 quod . . . monasterium . . . ab inquietudine iudiciariae potestatis . . . munitum atque defensum -e fuisset. CHRON. Ved. p. 699,38 Pipinus de infirmitate non -e convalescens omnes filii interfectores peremit. *adde:* CARM. Salisb. I 9,10 nuper misisti *(sc. Baldo)* talia scripta; non potuit totum noster quod noscere sensus, est quia per totum contextum in aenigmate -e.

2. firmiter. *firme, robuste, solide, stabiliter – fest, stark, sicher, dauerhaft:* **1** *corpor.:* **a** *in univ.:* ERMENR. Har. 177 tam -r, quod neque huc neque illuc se movere valuit, ligant *(sc. viri Grimoldum).* GERH. AUGUST. Udalr. 1,27 l. 181 cum lapidibus coniunctis -r clauserunt *(sc. ministri sepulcrum).* THIETM. chron. 6,97 domus, in qua fuit *episcopus*, -r obseratur et . . . munitur. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 171,12 si . . . carnes non tenerentur -r, falco . . . posset carnes comedere. ALBERT. M. animal. 1,479 syfac . . . ligat omnia viscera simul et cum dorso ita, quod -r aggregantur. *al. in imag.:* GERH. AUGUST. Udalr. 1,26 l. 4 cuius *(imperatoris)* amor pectori eius -r conglutinatus est. OTTO FRISING. gest. 1,38 doctrinae semen in multis . . . oppidis tam -r (fortiter *var. l.*) radicem figens germinavit, ut *eqs.* **b** *spectat ad vim adhibendam:* **α** *violenter – gewaltsam:* THEGAN. Ludow. 56 turpissimus rusticus venit, quem alii episcopi -r movere non ausi sunt. **β** *magna cum vi – mit großer Kraft:* GLOSS. Roger. I B 4,3 p. 710,25 sint aliqui, qui membrum teneant ex una parte -r, et medicus temptet digito, si *eqs.* **c** *spectat ad actionem solidescendi, immobilitatem (usu techn.):* HERACLIUS II 22 ad ignem calefacies *(sc. pulverem)*, et -r solidabitur *aurichalcum. immobiliter – unbeweglich:* THEOPH. sched. 2,23 p. 52,18 super quam *(tabulam)* cribrabis . . . cineres . . . et cum aequali ligno compones eos, ut -r iaceant (*sim.* 3,36 p. 87,23 ut lapis -r iaceat et vas -r stet). **2** *incorpor.:* **a** *spectat ad constantiam, fidem i. q. constanter, fideliter – beständig, getreulich:* **α** *in univ.:* LEX Sal. Pipp. prol. 1 gens Francorum . . . ad catholicam fidem -r conversa *eqs.* LIUTG. Greg. 12 p. 76,22 totam spem . . . -r et expedite collocavit in caelestibus. HRABAN. carm. 18,40 hanc *(sapientiam)* tu . . . semper amato, pater, -r atque tene. VITA Liutb. 21 in quem *(Deum)* -r credo. ANNAL. Fuld. II a. 816 amicitia vicissim -r roborata pontifex Romam petiit. POETA SAXO 5,295 -r . . . ex se servavit *(sc. amicitias)* foedere perpetuo. *al. abund.:* TIT. metr. I 1,2,30 expletis decim . . . lustris quattuor his iunctis vixisti *(sc. sacerdos)* -r annis. **β** *iugiter, deinde – fortwährend, weiterhin:* LIUTG. Greg. 2 p. 69,25 coeperunt *ministri Christi* . . . cum illo populo in temptationibus suis -r permanere. WALAHFR. Wett. 280 cantantur septem lacrimantum carmina, necnon plurima psalmorum modulamina -r addunt *fratres.* GERH. AUGUST. Udalr. 1,4 l. 7 laetania expleta aliis orationibus -r insistebat, usque dum *eqs.* BRUNO MAGD. bell. 54 p. 51,11 ut eam *(libertatem)* vel Dei auxilio -r retinerent *Saxones* vel cum vita simul amitterent. STATUT. ord. Teut. p. 33,8 volumus -r observari, ut *eqs.* **γ** *iuridiciali modo confirmate, sollemniter – rechtsverbindlich, rechtswirksam, förmlich (usu publ., iur., canon.):* TRAD. Frising. 11 p. 38, 26sqq. (a. 758) quicquic . . . habere videbar . . ., -r tradidi . . ., ut per ipsam -r traditionem factam -r tenetur ad domum sanctae Mariae. *al.* TRAD. Patav. 46 p. 40,14 ut . . . hoc *(sc. negotium)* . . . per scripturarum seriem -r roboretur. TRAD. Ratisb. 10 tradimus et -r firmamus ad sanctum Emmerammum *eqs.* (*sim.* TRAD. Brixin. 6 potestative -rque). COZROH. praef. p. 1,26 quae *(confirmationes)* . . . -r fuerunt peractae. EPIST. Teg. I 53 hoc -r definivit *(sc. pontifex): eqs.* THIETM. chron. 6,31 ad haec -r constituenda *eqs. saepe. remissius i. q. modo obligatorio – bindend:* THIETM. chron. 5,9 p. 230,25 -r . . . promitto *(sc. Thietmarus miles; cf. p.282,28).* BERTH. chron. B a. 1077 p. 296,11 ut . . . inter se pacem -r condixissent *partes.* **b** *spectat ad certitudinem i. q. certe, explorate, vere – gewiss, mit Gewissheit:* **α** *in univ.:* ANNAL. Bert. a. 834 p. 12,8 cum -r cognovisset *Hlotharius* Hludowicum . . . in easdem partes properare *eqs.* **β** *facile – gewisslich, sicherlich:* CHRON. Salern. 127 ut exigui ex eis *(Neapolitanis)* evaderent, qui fuerunt -r ducentos. BERTH. chron. B a. 1078 p. 331,8 pro mendacio -r computarent *omnes,* quidquid passim dictum sit. **c** *spectat ad magnitudinem, ambitum i. q. valde, magnopere – sehr, besonders:* **α** *in univ.:* ALBERT. M. eth. I 92 p. 84,2 '-r' (*p. 1102b,18* ἀτεχνῶς) in Graeco est quoddam adverbium, quo consuevit Aristoteles uti pro 'valde'. **β** *expresse, urgenter – deutlich, eindringlich, ausdrücklich:* EPIST. Teg. I 62 fideli nuntio vestro, -r poscimus, commendetis *(sc. monachorum pastor)* . . . hęc . . . dicendum. THIETM. chron. 1,14 certitudinem resurreccionis . . . -r indicens *(sc. Thietmarus)* . . . fidelibus. CHRON. Thietm. 5,27 rex . . ., ut numquam reedificaretur *castellum*, -r precepit. **γ** *efficaciter – nachhaltig, wirksam:* ANTIDOT. Augiens. p. 51,49 paraliticis medetur *antidotum sotyra* . . ., cyliacos -r curat. *de custodia i. q. diligenter – zuverlässig, gewissenhaft:* THIETM. chron. 6,54 rex . . . eundem *(Guncelinum)* . . . Arnulfo -r custodiendum tradidit. **d** *naturaliter, genuino modo – natürlicherweise, angeboren:* ALFAN. premn. phys. 13,5 p. 88 naturali . . . ingenio adinventa dicimus, quae -r (*PG 40,661C* ἀδιδάκτως) omnibus insunt, ut esse Deum.

3.*firmatim. *stabiliter – haltbar, dauerhaft:* DHUODA lib. man. 10,6,7 super . . . tecto sepulchri . . . hos versiculos iube transcribi -m.

4. *firmitus. *(iuridiciali modo) confirmate – (rechts)verbindlich:* CHART. Stir. IV 383 (a. 1270) promittens *(sc. Alrammus)* -s, ut super hiis *(sc. locis)* defensor esse velim *(cf. p. 281,67).* *Konstanciak*

***firstum,** -i *n. script.* fer-: *l.35. (theod. vet.* first, *cf. Ahd. Wb. III. p. 918) iugum, dorsum – First, Bergkamm (?in nomine loci: l.33):* CHART. Bund. 8* (a. 630/39) sunt termini foresti Arbonensis . . ., inde *(sc. ab alpe Sambatina)* per -um ad Rhenum (*inde* DIPL. Frid. I. 128 p. 214,16). DIPL. Karoli M. 84a p. 121,39 inde *(sc. ex Achinisgrani silva pergit)* in fe-a per ducias et confinia (*inde* DIPL. Loth. I. 133 p. 297,20).

***firtala** (vier-), -ae *vel* ***firtalis** (vi(e)r-), -is *f. (theod. vet.* fiorteil, *cf. Ahd. Wb. III. p. 898sq.) script.* -tel-: *l.45. form. nom. sg.* -e: *l.45.*

quartarius – Viertel (de mensura quadam frumenti sim.): CHART. Argent. 10 (MIÖG 29. 1908. p. 589,35; a. 1198) tota fertilitas *(sc. alodii)* in novem v-bus consummavit. CHART. Hans. 432 p. 145,35sqq. de quadraginta et quinque hodiis frumenti et supra debentur III vie-es (vie-las *var. l.*) . . ., de quindecim hodiis . . . una vie-e (vie-a, v-ele *var. l.*) . . .; ut dictum est superius de frumento, fit de pisis, fabis vichiis annona . . . et ceteris aliis, que mensurantur per vie-es (vie-as *var. l.*). *ibid. al.*

***firtella,** -ae *f. vel* ***firtellum,** -i *n. (theod. vet.* fiorteil, *cf. Ahd. Wb. III. p. 898sq.) quartarius – Viertel:* **1** *de mensura quadam frumenti sim.:* REGISTR. Maxim. p. 101,9 (c. 1220) census: quinque -ae siliginis et tantum avene. p. 134,20 solvit mansus in festo sancti Andreae tres -as siliginis. **2** *de mensura quadam terrae:* CHART. Traiect. 1998 p. 232,38 (a. 1279) tria -a *(sc. mansi)* sita sunt in superiori parte.

***firto** *v.* *ferto. **fisagria** *v.* staphis.

fisal(l)- *v.* physal-. ***fisca** *v.* 1. fiscus.

fiscalinus, -a, -um. *script.:* pi-: *p.283,14.* fic-: DIPL. Loth. I. 90 p. 221,18. figa-: CHART. Stab. 78 p. 178,2. -sgil-: *l.68.* -sgel-: CHART. Mog. A I 401. -cil-: *p.283,9.* -ari-: *p. 283,5.* -lici(us): *p.283,14. form. gen. pl.* -ium: *p.283,13.*

1 *adi.:* **a** *ad dominium pertinens, regius – zum Krongut gehörig, Fiskal-:* **α** *de hominibus:* LEX Baiuv. 22,11 (add. cod. Ch) s e r v u s -us (DIPL. Ludow. Germ. 149 p. 209,37. *al.*). CAPIT. reg. Franc. 41,2 homo regius, id est -us, et aeclesiasticus. 44,22 de liberis hominibus, qui uxores -as regias, et feminis liberis, quae homines . . . -os regios accipiunt, ut *eqs.* LEX fam. Worm. 9 ut de weregeldo -gilini (fisgelmi *var. l.*) hominis quinque libre ad cameram reddantur. *saepius.* **β** *de rebus:* BERNOLD. WAT. chron. 11 p. 167,37 nec ante desiit *comitissa (sc. persuadere filio),* quam . . . mansiones quatuor diurnales terrae -ae in remissionem peccatorum suorum . . . ecclesiae . . .

[Weber]

offerrent. CHART. Mog. A I 340 p. 235,40 ut de manso, qui -us dicitur, annuatim septem ame vini . . . solverentur. **b** *ad homines fiscales pertinens – die 'Fiskalinen' betreffend:* CHART. Mog. A I 545 p. 453,11 (a. 1127) quatenus . . . reliqua . . . familia in -rina iustitia permaneret. **2** *subst. masc. i. qui ad dominium pertinet – Höriger, 'Fiskaline':* DIPL. Karoli M. 109 p. 154,23 ut ipsi homines . . . in ipsa tenore et consuetudine, sicut et antea fuerint et ceteri -i sunt nostri, . . . debeant permanere. CAPIT. reg. Franc. 25,4 generalitas populi . . ., -ilini quoque et coloni. 98,6 aldiones . . . ea lege vivant in Italia servitute dominorum suorum, qua -i vel lites vivunt in Francia. CHART. Rhen. med. I 62 p. 70,34sq. assensu liberorum hominum et -ium; . . . hęc sunt nomina -ium: *eqs*. DIPL. Loth. I. 90 p. 222, 16 villa cum . . . servis et ancillis, colonis et -is (-ciis, p-is *var. l.*) tam de equestre quam pedestre ordine. CHART. Turic. 388 p. 273,11 legittimi fratres, ministeriales abbatie Turicensis, ex regalibus nati -is. *saepe*.

fiscalis, -e. *script.:* vi-: *l.28.* fes-: LEX Raet. Cur. 5,2. *al.* fic-: *p.284,19. nom. sg.* -es: LEX Raet. Cur. 2,5,4. *acc. pl.* -is: *l.51. al. form. abl. sg.* -e: *l.42. al. usu subst.:* DIPL. Karlom. (I) 45 p. 65,23. *al.*

I *adi.:* **A** *ad fiscum pertinens, regalis, regius, dominicus – zum Krongut gehörig, dem Fiskus (König) gehörig, zukommend, unterstehend, 'Fiskal-', Herren-:* **1** *de hominibus:* **a** *in univ.:* LEG. Wisig. 12,1,3 p. 409,4 quod *(tributum)* in privatis sive in -bus populis reiacet. LEX Alam. 39 si minores personae sunt, qui se inlicita coniunctione polluerint, careant libertatem servis -bus (v- cod. B 9) adgregandi. DIPL. Otton. III. 48 p. 450,32 propter censualem terram liberorum et -ium hominum et colonorum ad . . . ecclesiam pertinentem. MIRAC. Hucberti 1,7 p. 821B vir quidam erat -is regio deditus municipatui de fisco Kavineiaco. *saepe*. **b** *de officialibus:* LEX Ribv. 54,1 si quis i u d i c e m -em, quem comitem vocant, interfecerit (VITA Elig. 2,15 p. 702,30. *al.*). DIPL. Karoli III. 149 p. 241,21 ut . . . monasterium . . . nulli personae episcopali seu -i subsit. TRAD. Teg. 1a quod patrimonium -is advocatus Patto manu sua cum accepisset *eqs*. CHRON. Ebersh. 2 p. 432,35 quod preter nationes ceteras Germani milites -es regni et ministeriales principum nuncupantur. *al.* **2** *de rebus:* CAPIT. reg. Franc. 6 p. 13,20 si quid de agris -bus . . . facere . . . voluerit. LEG. Wisig. 2,3,10 nullus . . . rerum -ium temerator debet existere. FORM. Marculfi 2,52 l. 9 ut . . . de unaquaque villa -e tres homines ex servientibus . . . a servitio relaxarentur. VITA Elig. 2,15 p. 702, 29 audit conplures nuper mortis sententia damnatos teneri in carcere -i vinctos. REGISTR. Prum. 37 mansa VIII, -es VI et servilia II. FLOD. hist. 4,46 quod *(monasterium)* regale vel -e vocatur, eo quod in regali potestate . . . fuerit habitum. DIPL. Heinr. II. 72 p. 91,33 exactor -is curie. *saepe. v. et p.284,71. locut.* res -es *i. q. fundus (regius), dominium – (Kron-, Fiskal-)Gut, Domäne:* DIPL. Karoli M. 109 p. 154,17 rex . . . res -is . . . ad . . . sanctum locum visus fuit delegasse. CHART. Rhen. med. I 62 p. 70,9 dedit . . . vir eximius Agauo ex rebus -bus . . . cum . . . licentia domni imperatoris . . . curtilem I. EKKEH. IV. cas. 12 ne unquam episcopum lederent, nunquam episcopum in rebus -bus sibi dono traditis se esse lesuros. *al.* **B** *ad exactorem pertinens, exactoris proprius – den (Steuer-)Eintreiber betreffend, dem (Steuer-)Eintreiber eigen:* PASS. Leod. 37 (MGMer. V p. 319,11) qui *(quidam optimatus)* tunc ⌊functionem -i⌋ (functione -i, functionem -em *var. l.*) administrabat. TRANSL. Athan. Neap. 11,5 numquid -i more vi opprimens aliquid a te *(sc. Anastasio monacho)* extorsi? *al. v. et p. 150,9.* **C** *ad censum pertinens – Steuer-:* LEG. Wisig. suppl. p. 478,19 quid . . . de tributorum -ium exactionibus referam *eqs*. VITA Elig. 1,3 qui *(aurifaber)* eo tempore in urbe Lemovecina publicam -is monetae officinam gerebat. CHART. Austr. sup. I 2 p. 3,12 tradimus . . . decaniam Sclavorum cum opere -i seu tributo iusto. TRAD. Ratisb. 393 p. 263,26 ut . . . mansi . . . expediti a sale -i . . . vini sauma . . . persolvant. CHART. Westph. VII 22 p. 10,38 domos . . . eximentes ab onere -i, quod dicitur grascult *(de re v. Dt. Rechtswb. IV. p. 1060 s. v. 'Grafenschuld')*. CATAL. cod. Conr. Schir. p. 625,32 isti *(Antonius et Commodus)* leges asperas temperaverunt et scripta -a omnia in foro publico incenderunt. *al.*

II *subst.:* **A** *masc. i. qui regius est – dem König Unterstehender, 'Fiskaline':* DIPL. Karlom. (I.) 45 p. 65,23 ut . . . nullus -is ad parte nostra ei *(abbati)* ex hoc non requiratur, nisi *eqs*. LEX Raet. Cur. 2,5,4 si privatus homo illum -em (-e *var. l.*) admallavertit, ille -es quator mensis ad respondendum . . . recipere potest. **B** *neutr. plur. i. q. possessio fisci, regis – Besitz des Fiskus, Königs:* **1** *in univ.:* EKKEH. URAUG. chron. a. 1119 p. 255,3 cuncta . . . regum antiquorum -ia suam in ditionem . . . recepit *Heinricus*. a. 1121 p. 257,45 ut . . . regalia vel -ia regno, aecclesiastica aecclesiis . . . omnique personae . . . propriam adiudicatam esse iusticiam. GODEFR. VIT. Frid. 365 totius imperii cesar -ia querit. CONST. Melf. 3,7 p. 373,9 prescriptionem . . . eis prodesse non volumus, qui fidei debito sacramento contempto, quo non usurpare -ia, sed defensare tenentur, homines . . . tenuerunt. **2** *fundus (regius), dominium – (Kron-, Fiskal-)Gut, Domäne:* LEX Sal. Pipp. decr. Child. 13 si servi ecclesiarum aut -ium furtum admiserint. DIPL. Loth. I. 90 p. 222,10 (spur.) cum . . . servis, ancellis, colonis, fic-bus (-bus *var. l.*), silvis, insulis. CHRON. Salern. 176 p. 179,25 Indolfi Sarnum, Guaimari Marsicum, pene omnia -ia eorum dicioni tradebat *princeps. al. v. et vol. II. p. 923,10.*

adv. ***fiscaliter**. *secundum pertinentiam ad dominium, modo dominii – entsprechend der Zugehörigkeit zum Krongut, als Krongut:* EKKEH. IV. cas. 73 p. 152,3 neminis est iustius Favariensis abbatia quam -r tua *(sc. regis)*.

***fiscalitas,** -atis *f. potestas, dicio, districtum, iudicium – Herrschaft, (Verfügungs-)Gewalt, (Jurisdiktions-)Recht:* VITA Reginsw. 4 nostra te volumus *(sc. princeps)* in posterum uti munificentia, ita . . . ut eundem locum nostrae -is subicem . . ., quoad vivas, . . . possideas.

fiscarinus *v.* fiscalinus.

***fiscarium,** -i *n. vectigal quoddam – eine Abgabe:* DIPL. Loth. I. 42 p. 129,4 cum omnibus, que ad id *(coenobium)* pertinent, . . . accessionibus, districtionibus, -is, campariciis aliisque universis reddibitionibus (*inde* DIPL. Heinr. II. 320 p. 401,44). DIPL. Otton. I. 244 concedimus . . . districta . . . loci seu redibiciones atque -a et quicquid pars publica in ipsis locis exigere debeet *(sic)*.

fiscedula *v.* ficedula.

fiscella, -ae *f. script.:* vi-: *l.45.* fic-: *l.45. corbis parva – Körbchen:* CONFL. ovis et lini 120 lactis . . . emerito replens sua dolia suco restans -is ius adhibet *(sc. ovis)* pateris. CATAL. thes. Germ. 26,11 II -e argenteę. CARM. Bur. 131,1,9 ubi nunc habitas *(sc. Christi veritas)* . . ., vel in -a (fic-, v- *var. l.*) scirpea cum Moyse plorante vel *eqs*.? ALBERT. M. Iob. prol. 2 p. 13,21 sicut . . . monachi plectendo scirpos faciebant -as. *al. v. et vol. II. p. 1165,39.*

***fiscellula,** -ae *f.* (fiscella) *corbis parva – Körbchen:* GUMP. Wenc. 8 p. 216,36 vinearum septa noctu transiliens, -as utriusque dorso dependentes gravidis implens racemis.

fiscellus (fic-, -cil(l)-), -i *m. corbis parva – Körbchen:* ALDH. virg. I 30 p. 269,11 quae *(lucra)* Dominicae . . . cultor vineae velut . . . rubicundos sarmentorum racemos evangelica falce succidens refertis -is (-ilis *var. l.*) onustisque corbibus ad praelum . . . advexit. 38 p. 291,5 in priori . . . miraculo corbes et -illos (-ilos, fic- *var. l.*) imitatur *Apollonius* evangelicos.

fischa *v.* 1. fiscus.

fiscina, -ae *f. corbis – Korb:* WALAHFR. Mamm. 5,5 caseus efficitur . . . pinguis et inmissis ditescit -a formis. ODO MAGDEB. Ern. 6,436 properat suffire salaces pastor oves sanctamque Palen Faunumque bicornem invocat, hinc tepidi datur illis -a lactis.

1. fisco, -atum, -are. *addicere – zuweisen:* **1** *gener.:* EPIST. Ratisb. 7 p. 300,13 nullum preiudicare, nullius innocentiam sinistram -are in partem. **2** *publ. et iur. i. q. confiscare, publicare, fisco addicere – einziehen, konfiszieren:* LEX Alam. 40 coram omnes parentes eius *(patricidae)* res eius infiscentur (-entur *var. l.*). DIPL. Arnulfi 154 p. 235,12 aliter . . . iudiciario iure ad nostrum dominicum -ta sunt *praedia*. DIPL. Otton. I. 196 p. 276,15 fiscalem nostrae dominationis terram, quam a rebellibus . . . legaliter -tam recepimus, . . . vendicavi-

mus. DIPL. Frid. I. 583 p. 61,16 pro commissis ipsius *(Ottonis)* ad regale ius iudiciario ordine -ta erat *terra. al.*

subst. **fiscatus,** -i *m.* *servus qui ad dominium pertinet – Höriger, 'Fiskaline':* GESTA Lob. 9 p. 313,36 auxit . . . abbas -is suis solidis fiscis fiscos superaddens et solidos.

2. *fisco, -onis *?m. vel f.* *(orig. inc.)* *saccus, culcita – Sack, Matratze:* CHART. Stir. III 142 p. 214,20 (a. 1254) utendi -bus feno vel polea plenis et cervicalibus cum feno vel polea seu plumis vobis *(sc. sanctimonialibus)* licentiam impertimur *(sc. episcopus).*

***fisculus,** -i *m.* *parvus fiscus, parvum dominium – kleines Krongut, kleine Domäne:* DIPL. Karoli III. 64 p. 108,14 ut concederemus eis *(fratribus)* quendam -um nostrum . . . cum capella et pertinentiis eius (*sim.* p. 108,21).

1. fiscus, -i *m. vel raro (p.286,4)* ***fisca,** -ae *f. vel (l.25.p.286, 7)* ***fiscum,** -i *n.* *script.:* phi-: *l.46. al.* phys-: *l.44.* vi-: CHART. Sangall. A 138. *al.* fes-: *l. 55. p. 286,17. al.* fys-: FORM. Dion. 9 p. 502,7. fic(us): LEX Baiuv. 15,10 *(var. l.).* fics(us): TRAD. Weiss. 241 l. 65. -sg(us): *l.56.* -ch(us): *l.55. adde* CHART. Bund. 16 p. 12,27. *al. form.: sing.: nom.* -os: *p.286,17. al. gen.* -e: *l.55. al. plur.: acc.* -us: *p.196,70. abl.* -ibus: DIPL. Merov. I 124 p. 316,7.

1 *proprie i. q. corbis – Korb:* **a** *in univ. de mensura quadam:* LAMB. Wat. annal. a. 1168 p. 547,5 Admiraius . . . ingens -um fulvi metalli regi Hierusalem ex propria confoederatione quotannis persolvebat. CHART. Helv. arb. 54 p. 88,2 pro receptis mansuarii solvant pro singulis Martii III panes . . ., III -os avene et spatulam porci. **b** *capistrum – Maulkorb:* ABBO SANGERM. bell. 3,23 cum -o (gloss.: -us saccus testiculorum, *cf. Isid. etym. 11,1,105*) teneas *(sc. clericus)* yppos, uxorius haud sis *(v. et A. Adams et A. G. Rigg, JournMedievLat. 14. 2004. p. 64 c. nota; sed cf. M. Arrullani, Atti dell' accademia degli arcadi e scritti dei soci anno 16 vol. IX.-X. N. S. 1932. p. 44).* **c** *arca, aerarium, camera – Geldkorb, Kasse, Schatzkammer, 'Fiskus':* **α** *in univ.:* LEG. Burgund. const. I praef. p. 31,11 ne -us noster aliquid amplius praesumat, quam *eqs.* LEX Ribv. 60,4 si . . . homo denariatus absque liberis discesserit, non alium quam ⌞-o nostro⌟ (-um nostrum *var. l.; sc. regis*) heredem relinquat. DIPL. Heinr. II. 1 p. 1,35 regio -o solvere (CHART. Basil. C I 12 p. 7,1 regio -o C librarum debitor. *al.*). CHART. Rhen. inf. I 268 p. 173,31 qui *(census)* ad -um nostrum episcopale . . . persolvi debet. YSENGRIMUS 6,494 nec -um papę Gallia trina replet. DIPL. Westph. 241 p. 338,4 quarum *(XX librarum)* medietas imperiali physco, reliquum . . . iniuriam passis persolvatur. *persaepe.* *in imag. de homine:* EPIST. Praed. 83 p. 106,26 irruet frater Mengozus, murmurans ph-us, quod rore calceos destruxeritis *(sc. sanctimoniales).* **β** *arca regia (imperialis), camera regia – königliche (kaiserliche) Kasse, Schatzkammer:* LEG. Burgund. Rom. 3,2 ut -o debita medietas reservetur. ELIG. chart. 3 (MGMer. IV p. 747,25) inferat -i iuribus auri libras X (DIPL. Ludow. II. 14 p. 92,37 quidquid de . . . ecclesiae rebus ius -i exigere poterat. *al.*). LEX Ribv. 91,2 tertiam partem coram testibus -o tribuat *transgressor.* CHART. Sangall. A 6 qui contra hanc donationem veneret . . ., solvat in fesco aurum libras II. 12 p. 15,16 partibus fische multa conponat. 145 sit culpabilis . . . in -go auri uncias III. CARM. de Frid. I. imp. 2540 ut cives . . . marcas milia quinque argenti -o tribuant. *persaepe usque ad s. IX., raro postea. v. et vol. II. p. 438,9. 808,18. III. p. 581,34. 854,20.* **2** *meton. i. q. opes, possessio (regis, imperatoris, episcopi, ducis) – (königlicher, kaiserlicher, bischöflicher, gräflicher) Besitz (de re v. HRG I. p. 1136sq. s. v. 'Fiskus'):* **a** *in univ.:* LEX Ribv. 72,1 si quis homo regi infidelis extiterit, de vita conponat et omnes res suas -o censeantur. LEX Raet. Cur. 8,1 ipsi coloni vel servi flagellati ad -um perveniant. MIRAC. Mart. Vert. 7 (MGMer. III p. 572,2) coepit *princeps aulicus* facultates sanctorum locorum inquirere et medias tabulis -orum regalium inscribere. LEX fam. Worm. 30 p. 644,4 si . . . occisor aufugerit et capi non potest, quicquid habet, ad -um (festum *var. l.*) redigatur. LUDUS de Antichr. 103 quicquid habet mundus, -us est Romanorum. *persaepe.* **b** *fundus (regius), dominium, praedium – (königliches, Kron-, Fiskal-)Gut, Domäne (de re v. W. Metz, Das karolingische Reichsgut. Berlin 1960):* DIPL. Merov. I 49 p. 127,32 dum super -um nostrum . . . videtur *monasterium* esse constructum. DIPL. Karoli M. 121 p. 169,33 cum illas decimas de -a nostra . . . nominata. EINH. epist. 44 presbiter . . . venit ad me dicens se esse de -o vestro *(sc. archiepiscopi Moguntini)* Manniaco. NITH. hist. 4,3 p. 44,6 ut . . . omnes . . . episopatus, abbatias, comitatus, -a cis Alpibus consistentia . . . offerrent. REGISTR. Prum 6 p. 171,8 solvit *(sc. coniunx Teduini)* . . . de lino libram I, si ex -o nata est, sin autem *eqs.* CHRON. Andag. 1 p. 1,6 castrum Ambra dicebatur, eo quod Amberlacensis -i caput haberetur. *persaepe. v. et vol. III. p. 956,34.* *in nomine loci:* ANNAL. Plac. a. 1268 p. 525,38 facto pacto cum Ysnardo Malaspina et comitibus de F-o. a. 1269 p. 533,45 domnus Iohannes de Gaytanis, Octobonus de F-o et alii fovebant partem Karoli. *ibid. al.* **c** *vectigal, census – Abgabe, Steuer:* LEX Raet. Cur. 13,2,2 si aliqui homo . . . non fuerit presente, quando fescos (-us, fescus *var. l.*) exigitur. DIPL. Otton. III. 235 p. 651,39 nec non -um et theoloneum de piscacione in pago Salon . . . contradimus (*inde* DIPL. Loth. III. 19 p. 26,27). DIPL. Frid. I. 869 p. 108,16 ut habitantes in ea *(villa)* . . . physcum dare non cogantur. *al. v. et p.196,70. vol. I. p. 788,56.* *Weber*

2. fiscus *v.* findo. **fiseter** *v.* physeter.

fisgelinus, fisgilinus *v.* fiscalinus. **fisgus** *v.* 1. fiscus.

1. fisica *v.* vesica. **2. fisica, fisicus** *v.* physicus.

[fisilis *v.* seselis: ANTIDOT. Glasg. p. 148,10.**]**

fisiologus *v.* physiologus. **[1. fisis** *v.* fumus.**]**

[2. fisis *v.* matrix: ANTIDOT. Augiens. p. 52,18.**]**

fisiter *v.* physeter.

***fissa** (fessa), -ae *f.* (findere, *cf. francog.* fesse; *v. Meyer-Lübke, REW³ nr. 3329*) *natis – Hinterbacke (pro opprobrio):* MIRAC. Bert. cont. II 46 p. 519,58 monachus pie ducentas missas, alter *(sc. tyrannus)* prave despectiveque protulit ducentas -as (fe- *ed. Mabillon*).

fissi *v.* 1. figo.

1. fissilis, -e. *script.* fisci-: *l.42.* *secabilis, qui (facile) scindi potest – (leicht) spaltbar:* **1** *proprie:* **a** *strictius:* WANDALB. mens. 25 -e lignum. THEOPH. sched. 3,89 potest . . . effusorium facile ita formari, ut incidatur -e lignum rotundum. ALBERT. M. animal. 12,137 non est -is sua *(sc. malakye animalis)* caro secundum longum sicut alia caro, sed *eqs.* **b** *latius i. q. tener – zart:* YSENGRIMUS 1,384 lenius in lardo penetrabiliusque momordi, et fuit utilior -iorque (fisc- *var. l.*) caro. **2** *translate i. q. delebilis – zerstörbar:* MILO carm. app. 2,1,3 (a. 1088) vas, ubi dormivit *Amandus,* . . . clauditur his lammis, quod templi -e flammis est ibi frustatum, quo celsius ante locatum.

[2. fissilis *v.* sessilis: DYNAMID. Hippocr. 1,25.**]**

fissio, -onis *f.* *actus findendi, scissio – das Spalten, Spaltung:* ALBERT. M. animal. 11,46 si sit *securis* dura sufficiens -i lignorum.

*?****fissor,** -i. (*orig. inc., ni cohaeret c.* fateri) *edicere, profiteri – äußern, kundtun:* GESTA Apoll. 137 -ere (*sc. puella;* gloss. G: aperi; gloss. Maih.: fisso: aperio) . . . nobis *(sc. nutrici),* cur *eqs.* 282 frater Apollonius, quod -ar (enissar *ci. Traube; sc. rex*), suscipe cautus.

*?****fissorcha** (-sar-, -ca) *subst.* *(orig. et signif. inc., ni subest* philosarca; *sed cf. notam ed.)* *helluo, homo libidinosus – Schwelger, Wüstling:* AETHICUS p. 152,16 anathema fui in enigmatibus hereticorum et mundi, -a (-archa, -ca *var. l.; cf.* p. 139,2 philosarchis) exteti, nisi *eqs.* *cf.* philosarca.

fissura, -ae *f.* *script.* fixu-: *l.66. p.287,5.6.22. adde* TROTULA B 184[capit.] *al.* *scissura, rima, divisio – Schnitt, Riss, Spalt, Sprung:* **1** *strictius:* **a** *gener.:* GESTA Camer. 1,114 p. 451,39 ipsa . . . celi -a dum . . . evanesceret (*antea:* fisso celo. *sim.* SIGEB. GEMBL. chron. a. 1000). ANSELM. BIS. rhet. 3,5 p. 172,17 haec *(sc. facta)* . . . per ipsas parietis videbam fixuras. ANON. secret. p. 79,25 vasa . . . expedit talis esse compositionis, quod nec -am nec fusionem . . . patiantur ab igne. CAES. HEIST. mirac. I 9,11 hostiae . . . a ministris propter -as (scissuras *var. l.*) . . . reprobatae. *saepius. v. et p.291,72.* *spectat ad vestes hiantes:* GERHOH. psalm. 64,36 ut tam episcopi quam clerici neque in . . . varietate colorum aut -a vestium . . . intuen-

tium . . . offendant aspectum. **b** *medic.:* RECEPT. Sangall. II 30 inunguis . . . -as labiorum. ODO MAGD. herb. 1362 ani -as (scissuras *var. l.*) . . . addita cerotis medicatur *viola*. CONSTANT. AFRIC. theor. 6,4 p. 26r[b] separatio . . . si nervis *(sc. accidat)*, fixura (-a *ed. Basil.*) vocanda erit. TRACT. de aegr. cur. p. 372,27 vulnera alia plaena, alia cava, alia . . . fixura tantum; in -a nil aliud convenit, nisi *eqs.* (*sim.* p. 196,24). THEOD. CERV. chirurg. 1,13 p. 140[B] si . . . vena scissa fuerit, . . . in loco -ę digitus superponatur *eqs. saepe.* **c** *anat.:* ALBERT. M. animal. 2,5 ex pondere corporis satis figitur *pes elephantis* et non indiguit ad hoc -a digitorum. 2,91 accidit ex -a pulmonis avium, quod propter -am duo esse putantur. 16,107 quodlibet animal quadrupes multarum -arum habens pedes . . . generant partus caecos. *al. v. et p.255,42.* **2** *latius i. q. foramen, os – Öffnung, Loch:* AETHICUS p. 243,6 sfungia *(i. spongia)* per -as et meatus consumit aquam. ALBERT. M. animal. 9,6 in feminis . . . vulva puellaris habet apertam -am. 9,7 circa quartum decimum . . . annum . . . nates incipiunt inspissari et -a vulvae incipit claudi. 12,214 multum aperitur -a oris. *al. fort. huc spectat (pro opprobrio in parodia):* CARM. Bur. 215,XI hic *(sc. avarus)* est frater pravitatis, filius iniquitatis, -a *(ci. Bischoff,* fictura *ci. Meyer,* fixura *codd.; in loco corrupto)* scamni.

fissus *v.* findo. **[fiste** *v.* iste: TRACT. de chirurg. 1128.]

fistevetas *v.* festivitas. **fistica** *v.* physica.

***fisticula,** -ae *f.* **1** *fistula (parva) – (kleine) Flöte:* ARNOLD. SAXO flor. 2,2 p. 52,27 sicut spiritus infusus <in> -a vel <in> tuba vel in tybia *(sc. speciem mutatur)*; nam cum uniformis sit spiritus, diversum tamen fistula sonat, tuba et tybia. **2** *tubus ad astra spectanda aptus – (astronomisches) Sehrohr (de re v. E. Zinner, Deutsche und niederländische astronomische Instrumente. 1972. p. 168. 214):* GESTA Halb. p. 89,43 constituit *Gerbertus* illud *(sc. horologium)* recte considerata per -am (*ex* THIETM. chron. 6,100 fistulam) quadam stella duce nautarum.

fisticum *v.* festuca. **fisticus** *v.* pistacium.

fistivetas *v.* festivitas. **fistola** *v.* fistula.

fistuca, fistucum *v.* festuca.

fistula (-tol-), -ae *f.* *script.* -til-: *p.288,53.289,12.*

I *tubus – Rohr, Röhre:* **A** *de -is artificiosis:* **1** *de parte aquae ductus:* HRABAN. hom. I 70 p. 132[B] per occultas -as aquae meatus adduxerat *rex*. EKKEH. IV. cas. 102 p. 208,6 ad aquaeductum . . . -as terebrare. EBO BAMB. Ott. 1,18 p. 32,16 venam aque . . . plumbeis -is . . . duci fecit *episcopus*. ALBERT. M. veget. 7,23 aquae metallorum, quae . . . per -as metallinas . . . fluxerunt. *saepius. usu sing. i. q. aquae ductus – Wasserleitung:* LEO MARS. chron. 2,65 p. 296,25 que *(porta)* est prope ipsam -am. **2** *de canna communionis ('Saugröhrchen'; de re v. LThK.* [3]*V. p. 1385 s. v. 'Kelchkommunion' et J. Braun, Das christliche Altargerät. 1932. p. 247sqq.):* DIPL. Loth. I. 122 p. 281,19 alium *(calicem)* . . . gemmatum una cum . . . -a . . . aurea cum gemmis. ORD. Rom. 10,57 diaconus tenens calicem et -am (*item* PONTIF. Rom.- Germ. 98,57). CATAL. thes. Germ. 26,30 index argenteus cum -is duabus. CAES. HEIST. mirac. I 9,55 habet *sacerdos* . . . manus tam tremulas, ut corpus Domini non nisi per -am possit sumere. *persaepe.* **3** *de tubo organorum:* EPIST. var. II suppl. 7 p. 627,15 concentu organi -ae aeris aliae longiores sunt, aliae breviores. NOTKER. BALB. gest. 2,7 quod *(instrumentum)*. . . per -as ęreas mire perflantibus rugitum . . . tonitrui boatu . . . coęquabat. SCHOL. enchir. 2,257 si -a (-ola *var. l.*) maior . . . parte octava minoris supergreditur, ad invicem resonant tonum. ALBERT. M. animal. 1,423 in -is organorum. *saepius. v. et l.70.* -a maxima *i. q. venti ductus – Windkanal:* TRACT. de fist. org. p. 16,7 -a maxima. **4** *de parte tubae:* HRABAN. univ. 18,4 p. 497[B] tuba . . . hoc modo intelligitur: tribus -is aereis in capite voluto per quatuor vociductas aereas . . . mugitum nimium . . . profert. **5** *de tubo ad astra spectanda apto ('Sehrohr'; de re v. l.30):* GERB. epist. math. I 3,2 VII erunt foramina, in quibus singulis singulas semipedales -as constituis *(sc. Constantinus)* . . .; quae hoc differunt a -is organicis, quod *eqs.* 3,3 nihil coeli . . . per utrasque -as intuenti occurrit. RICHER. REM. hist. 3,51 hanc *(sc. semicirculi)* diametrum -am constituit *Gerbertus*, in cuius cacuminibus duos polos boreum et austronothum notandos esse instituit. *v. et p.287,33.* **6** *de -is usui vario aptis:* RECEPT. Lauresh. 2,49 de ipso pulvere . . . insufflas per -am in fauces. TRACT. de caus. mul. 95 p. 54,2 ipsa pulvera . . . cum -ola ventu spargis. THEOPH. sched. 2,3 utensilia . . . ad hoc *(sc. dilatandi et aequandi)* opus sunt -a ferrea *eqs. saepius. receptaculum in forma tubi – röhrenförmiger Behälter:* CHART. Tirol. notar. II 486 (a. 1272) libros . . . et instrumenta . . . et cedulas . . . cum scrineos, -is et bursis et casetis.

B *de -is naturalibus:* **1** *anat.:* **a** *arteria (aspera) – Luftröhre:* ARIBO mus. p. 36,16 quae *(sc. vox humana)* ex una -a colli . . . iubilat omnia melorum genera. lingua -ae *i. q. epiglottis – Kehlkopfdeckel:* ALBERT. M. animal. 1,421 in supremo . . . sui est in ea *(sc. arteria)* corpus foramen arctans et amplians, quod vocatur lingua -ae. 422 ut . . . spiritus aeris melius teneatur ad vocis modulationem, habet trachea ante corpus, quod lingua -ae vocatur, dilatationem, et ubi est ipsa lingua -ae, habet constrictionem . . .; aliter . . . lingua -ae . . . non posset sufficienter artare et constringere cannam ad vocis fracturam debitam. **b** *bronchus – Bronchie:* GLOSS. med. p. 68,8 ibi *(sc. ad pulmonem)* . . . per -as, id est per arterias, repletas spiritus inflat fibras rursusque in se recipit. PS. COPHO anat. 30 quibus *(sc. arteriis)* mediantibus cor alligatur cum pulmone et aerem trahit a -a (scistula *var. l.*) pulmonis. MAURUS anat. I 54 qualiter tracea arteria . . . conficitur ex canalibus pulmonis vel -is. URSO anat. 112 artheria in septem dividitur -as . . . aerem attractum ministrantes. **c** *vena – Ader, Blutgefäß:* HILDEG. caus. 267 p. 166,24 -e ille, id est vene, . . . inscise non sunt. **2** *medic. i. q. ulcus cutem perforans, syringa – Geschwür, das die Haut durchbricht, 'Fistel':* FRAGM. mul. I 74 si . . . -ola nata fuerit. LEX Frision. add. 3[a],45 si . . . per -as sanies decurrat. CONSTANT. AFRIC. theor. 8,25 p. 39b[v] vulnus . . . si inveterescat . . ., -a appellatur. BENVEN. GRAFF. ocul. B 30 p. 50,25 docuimus . . . curam . . . de lacrimis occulorum corruptis, sed secundum alios -e dicuntur. *persaepe. v. et p.289,26.290,9.* **3** *bot.:* **a** *calamus – Halm, Stängel:* RECEPT. Sangall. I 140 radix eius *(sc. herbae)*, crispa et -olas, colligis eam mense septembris. **b** *herba ex calamo constans, canna – aus einem Halm, Stängel bestehende Pflanze, Gras, Schilf:* ALBERT. M. veget. 2,54 alias . . . experimur plantas in toto concavas, sicut -as quasdam et calamos. **c** *in nomine arboris Cassia -a q. d. ('Röhrenkassie'; cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 862):* ANTIDOT. Bamb. 6 cassia -a. ALBERT. M. veget. 1,115 quaedam plantae intus sunt molles . . ., sicut est cassia -a (et -a, pilula *var. l.*). *saepius. v. et vol. II. p. 327,22sqq.*

II *instrumentum musicum calamis confectum, arundo, tibia, syrinx – Blasinstrument, (Rohr-)Pfeife, Flöte (de re v. LexMA. VI. p. 956sqq.; cf. et LexMusLat. II. p. 85sqq.):* **A** *proprie:* EKKEH. IV. cas. 34 erat *Tuotilo* . . . musicus sicut et sotii eius, sed in omnium genere fidium et -arum prae omnibus. OTLOH. prov. S 73 sicut -a absque inspirante nullum reddit sonum, ita *eqs.* HEINR. LETT. chron. 22,3 percusserunt *Rutheni* tympanum et -as *(corr. ex* -ilas *Z)* suas. ALBERT. M. pol. 8,5[a] p. 791[a],35 quod -a ad disciplinam musicae non est adducenda neque aliud aliquod scenicum organum, id est, quo utuntur scenicae meretriculae. p. 791[b],23 -a . . . et huiusmodi non est ordinata ad disciplinam. p. 791[b],30 utebantur *antiqui* ad virtutem -is (*cf. p. 1341[a],32* τὴν αὐλητικήν). *persaepe. v. et p.218,52. 287,28.289,40.52.62.306,61.* **B** *in imag. vel alleg.:* **1** *de temptatione:* HILDEG. epist. 10 p. 349,3 moveamus -as varietatis squalidorum morum et deauratas chordas illusorum et schismata schismatum. ALBERT. M. Iob 40,13 per -am intelligit *liber* deceptionem, quam inducit animalis delectatio. CHART. Stir. IV 544 p. 326,35 quos *(sc. homines)* sagacitas venatoris dulci -a et figmento fallaci multotiens irretivit. **2** *de anim. i. q. instrumentum – Werkzeug, 'Instrument':* **a** *caeleste (cf. ThLL. VI/1. p. 830,6):* VOLQUIN. serm. 207 (StudMediev. III/3. 1962. p. 328; s. XII.[1]) cum illa -a caelesti, Bernardo Clarevallensi. 446 audi -am paradisi Bernardum *(ci.,* Bernardus *ed. vix recte)* personantem. VITA Godefr. Cap. III 8 hunc patrem Norbertum . . . Bernardus . . . celestem -am appellat *(pendet ex Bernh. Claraevall. epist. 56 [PL 182,162[A]]; v. J. Leclercq,*

Caelestis fistula [Verbum et signum I]. 1975. p. 65sqq.). **b** *diaboli:* HEINR. AUGUST. planct. 1111 anguis, -a demonii per sibila consona fraudi. HILDEG. scivias 3,3 p. 597D -ae diaboli, quae se flectunt ad initium omnis mali. **C** *meton.:* **1** *ars poetica, poesis – Dichtkunst:* ALCUIN. epist. 149 p. 242,25 si inmites animos aliquid Flaccina valeat -a mulcere. HRABAN. carm. 10,15 sic tua *(sc. poetae)* ... sobrio decoratur -a cantu. SEDUL. SCOT. carm. II 35,8 arte Maroneas vincit tua *(sc. Fergi)* pagina Musas, -ola Nasonis qua resonante silet. CARM. Sangall. II 3,1,8 ceu tecta merore -a nostra iacet et pigra lingua silet. EPIST. Hildesh. 134,15 p. 207,12 cui *(magistro)* tonat rhetorica Tulliana, cui canit Romana -a *(corr. ex* -ila *L; cf. notam ed.). saepius.* **2** *vox (tenuis) – (dünne) Stimme:* ALBERT. M. animal. 6,35 si moveatur ovum, quasi auditur interius -a et sibilus pulli. **D** *translate in locut.* -a famae, honoris *i. q. gloria (terrena) – (irdischer) Ruhm:* HUGO TRIMB. sols. epil. 5 non ... pro -a fame vel honoris ... huius ego studium laboris sum aggressus.

fistularis, -e. **1** musica -is *i. q. cantus fistularum – Musik auf Blasinstrumenten, Flöten-, Blasmusik:* ALBERT. M. pol. 1,3d p. 26b,34 orta est contentio, quae musicarum principaretur, Minerva dicente, quod -is, aliis dicentibus, quod musica fidium. **2** canna -is *i. q. arteria (aspera) – Luftröhre:* ALBERT. M. animal. 24,14 spirat *cetus* ... per cannam -em. **3** *ad ulcera purganda aptus – zur Reinigung von Geschwüren, Fisteln geeignet:* BRUNUS LONG. chirurg. 1,15 p. 113A fistula ... mundificatur et abluitur ... ex aquis proprie -bus, idest, cum quibus abluitur fistula.

***fistulatio,** -onis *f.* (fistulare) **1** *ars fistula canendi – Kunst des Flötenspiels:* ALBERT. M. pol. 8,5a p. 791b,40sqq. sic devenit circa Athenas -o, et ita plurimi liberorum incoeperunt participare -e. **2** *fistulae cantus – Flötenspiel:* IOH. AEGID. mus. 17,35 dum unius venatoris -e (-em *var. l.*) cervus ad auditum allicitur, mox ab alio ... sagittatur.

***fistulativus,** -a, -um. **1** *adi. i. q. ad fistulam pertinens – zur Flöte gehörig:* ALBERT. M. pol. 3,8d si duo sint *(sc. fistulatores)* ... aequales ... in potentia artis -ae. *ibid. al. v. et l.59.* **2** *subst. fem. i. q. ars fistula canendi – Kunst des Flötenspiels:* ALBERT. M. eth. II 10,1,9 p. 616b,36sqq. si ... aliquis, qui amat fistulas ..., subito, dum in confabulationibus est, fistulas audiat, statim confabulari non potest sermonibus magis gaudens -a quam praesenti operatione confabulationis. *ibid. al.*

fistulator, -oris *m.* *qui fistula canit – Flötenspieler, Flötist, 'Pfeifer' (interdum pro cognomine, e. g. l.48):* REGISTR. Seccov. p. 89,32 area -is L denarios *(sc. dat).* ACTA civ. Wism. B 656 quas *(marcas)* requisivit idem Henricus a Conrado -e. TRAD. Neocell. Brixin. 269 testes: ... Hainricus et Chůnradus scolares, Chůnradus -r. ACTA civ. Wism. B 2494 Gereke F-r, qui teutunice dicitur Piper, emit parvam domum. TRAD. Neocell. Brixin. 284 actum ... in presencia ... Chůnradi -is et Heinrici pistoris. *al.* *de tibicinibus Graecis ('Aulosspieler'):* ALBERT. M. pol. 3,2h p. 222b,18 'sicut ... fistularum factor subiectus', supple: sequitur -em et supponit vera, quae fistulat, 'princeps ... -r (*p. 1277b,29* αὐλητής)' *(sc. est)* ..., ita *eqs.* metaph. 5,4,1 p. 272,28 'perfectus -r' sive tibicen (*sim.* summ. theol. II 11,66 p. 619a,30).

1. fistulo, -avi, -atum, -are. *partic. praes. usu subst.: l.60.62.* **1** *gener. i. q. fistula canere – Flöte spielen, flöten:* ALBERT. M. eth. I 880 p. 738,24 si ... ⌞aliquis delectetur in arte 'fistulativa'⌟ (*p. 1175b,3* οἱ ... φίλαυλοι) et 'audiat -antes (*p. 1175b,4* αὐλοῦντος), non attendet sermonibus', qui sibi dicuntur. pol. 3,8d p. 272a,44 ut melius -anti dentur meliores fistulae. 8,5d p. 793b,8sq. pastores invenisse eas *(fistulas)* et -asse *(sc. dicit fabula)*; pastoribus -antibus eamdem *(sc. an fistulis sive tibiis utendum esset)* fuisse ortam contentionem in terra. *al. v. et l. 53.* **2** *medic. i. q. fistulas, ulcera generare, habere – Fisteln, Geschwüre ausbilden, haben (mediopass. i. q. fistulis, ulceribus affici – von Geschwüren, Fisteln befallen werden):* ANTIDOT. Bamb. 10 qui inter nervum et musculus -ant. ROGER. SALERN. chirurg. 1,656 aliquando -atur locus iuxta oculum et nasum, et ex parvissimo foramine exit putredo. 1,818 -atur aliquando mandibula *(inde* GLOSS. Roger. I A 2,25 p. 649,15. *al.). al.*

IV *meton.:* **A** *tempus florendi – Blütezeit, 'Blüte':* **1** *in univ.:* WANDALB. mens. 195 -e novo certos postquam vineta racemos gignunt. METELL. exp. Hieros. 2,25 Maii -e . . . estivo. **2** *spectat ad homines:* WILLIB. Bonif. 2 p. 8,14 quae *(persecutiones diabolicae)* tenerum . . . iuventutis -em . . . obtegere solent *(sim.* HUGEB. Wynneb. 8 p. 112,44[a] primo iuventutis -e. AGIUS epic. Hath. 31 iuvenili -e. *al.)*. WETT. Gall. 1 primaevum -em in insula Hybernia ducens *Gallus (sim.* WALTHARIUS 79 primaevo -e). DIPL. Heinr. II. 474 primo aetatis -e. *al.* **B** *iuventus – Jugend(alter):* ALCUIN. epist. 137 p. 214 vs. 11 tres sunt aetates: -s et robur, aegra senectus. *de aetate mundi:* RHYTHM. 4,1,1 tertio in -e mundus adhuc dum pubesceret *(cf. Beda chron. 66)*. **C** *stirps – Spross:* WALAHFR. carm. 8,23 Florus -em sequitur de germine Iesse *(de Christo; spectat ad Vulg. Is. 11,1)*. RUOTG. Brun. 36 p. 37,27 repente -s ille integerrimus *(i. filius imperatoris)* . . . e medio excessit. *in allocutione:* HROTSV. gest. prol. 2,2 Oddo . . ., Oddonis -s. **D** *decus, ornamentum – Zier(de), Schmuck, Schönheit:* **1** *gener.:* **a** *spectat ad res:* **α** *in univ.:* WIDUK. gest. 1 praef. -e virginali cum maiestate imperiali . . . fulgenti dominae Mahthildae . . . Widukindus . . . salutem. DIPL. Otton. I. 374 p. 513,27 si preclaro r e t r i b u t i o n i s -e ditatur, qui sanctis locis Deo dicatis sua concesserit (DIPL. Conr. II 292 p. 414,12 [spur.]). WALTH. SPIR. Christoph. II 4,57 -e decoris. GLOSS. Sangall. 91 (ed. B. Bischoff, Anecdota. 1984. p. 47) -em contemnere mundi *(sim.* BERTH. ZWIF. chron. 11 p. 182,4. CHART. Mog. A II 217 p. 393,4. *ibid. al.)*. CARM. Cantabr. A 41 p. 97,3 tu *(sc. regina)* . . . virtutum -e compta. *al.* **β** *fulgor, nitor – Glanz, schöne Farbe (in alleg.: l.34):* AGIUS comput. 8,7 embolismi *(sc. anni)* miniato -e rubescunt. WALTH. SPIR. Christoph. II 1,138 Rethoricam duplicis vestitam -e coloris. *al.* **γ** *sententia (egregia), excerptum – (erlesener) Spruch, Auszug:* CONR. HIRS. dial. 632 Prosper . . . librum suum de -bus, id est de sententiis, Augustini . . . ordinavit. MOSES PANORM. infirm. 1 p. 103,26 condidi *(sc. medicus)* . . . hunc librum breviter ex -bus librorum meorum antecessorum. CAES. HEIST. hom. exc. 179 habebat *praelatus* librum mire moralitatis -bus depictum, de quo plura excerpere solebat. *al.* *in titulo libri:* CATAL. biblioth. A I 46 p. 218,13 (a. 1086/1116) -es Augustini. ANON. Mell. 8 p. 48,8 quem *(sc. librum Gregorii)* '-es' appellari complacuit. CATAL. biblioth. A I 76 p. 416,16 -es beati Bernardi. ALBERT. M. caus. univ. 2,1,1 p. 60,51 tractatum Algazel '-em divinorum' vocavit. *al.* **b** *spectat ad homines (per immutationem: l.48):* **α** *in univ.:* EKKEH. IV. bened. I 45,56 ⌊virgineos -es⌋ (gloss.: sanctimoniales) pudor est plorare. CARM. Bur. 53,3,2 -s Saxonie, noster felix pontifex Wichmannus. *al.* *in allocutione:* EPIST. var. II 3 (vs.) salve, -s i u v e n u m (CARM. Salisb. I 15,2,1. *al.*). CARM. libr. III 40,2 pie rex Heinrice, . . . totius -s microcosmi. *al.* **β** *expressius de hominibus eximiis ('Elite'; usu sing.):* CHRON. Pol. p. 152,12 -e milicie prostrata iacente. **c** *spectat ad piscem quendam in lacu Potamico repertum:* CHART. Wirt. 108 p. 125,34 (spur. s. XII.[med.]) ad capiendos pisces, qui dicuntur -es piscium. **2** *rhet. de figuris vel tropis:* PETR. DAM. epist. 75 p. 376,22 -es . . . eloquii. CONR. MUR. summ. p. 83 vs. 14 istorum -um complexio iungit utrumque equivocans clausis et finem principiumque. **3** *mus. de melismatibus:* HIER. MOR. mus. 25 p. 184,4sqq. est . . . -s harmonicus decora vocis . . . vibratio *eqs.* **E** *pars subtilissima, optima – der feinste, beste Teil:* GESTA Trud. cont. I 13,4 p. 313,28 panis . . . de excusso primae farinae -e effectus. ANON. secret. p. 80,12 ad . . . obturandum vitrorum labia sufficit panno lineo mediante -s tritici subtilissimi et clara ovorum. ALBERT. M. animal. 22,69 -s farinae triticeae. **F** *ligna (arboris fructiferae) dura, bona – Hartholz, 'Blumware' (de re v. J. Grimm, Deutsche Rechtsaltertümer. II. 1899. p. 23sq.):* CHART. Westph. III 389 (a. 1241) mansum . . . cum suis iuribus . . . cum una wara[ndia] dicta -um . . . perpetue possidendum *(v. notam ed.)*. **G** *de secretione muricis i. q. pigmentum – Farbstoff (der Purpurschnecke):* ALBERT. M. animal. 5,61 quae *(conchylia)* sunt intra mare, sunt magna pulcra, et ⌊-s tincturae⌋ (*p. 547[a],7* τὸ ἄνθος) eorum ut in pluribus est niger *eqs.* 63 murilegi . . . student, ut conterant eas *(murices)* vivas, quoniam, si praemoriantur ante contritionem, eiciunt -em. **H** *de rebus levibus, subtilibus, supernatantibus (usu natur. et alch.):* **1** *nebula – Ausflockung:* PS. GALEN. puls. 165 urina, que veluti -em vini supernatantem habuerit, frenesim . . . venturam dicit. 194 urina eruginosa -em (-es cod. Vr. 174) habens spasmon nuntiat. *v. et l.12.* **2** -s aquae *fort. i. q. species naphtae – viell.: eine Art Erdöl:* COMPOS. Luc. P 2sqq. iscyra: halii dicunt aque oleum, halii -e (-em MAPPAE CLAVIC. 276) aque . . .; est . . . aqua gravis et egrota pro terra, que -em generat. **3** *pulvis quidam in pennis avium repertus – eine Art Puder im Gefieder von Vögeln (de re v. Grzimeks Tierleben. VII. 1980. p. 180):* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 95,27 quibus *(sc. aironibus)* . . . florescunt sue penne et plume quodam -e pulveroso. 4 p. 67,16 penne ipse *(sc. falconum)* sordidantur . . . et perdunt -em suum, quo penne erant mundiores. **4** *de generatione crystallorum sim. i. q. sublimatio, calcinatio – 'Ausblühung':* **a** *usu communi:* COMPOS. Luc. O 17 colliges ipsum -em et labas bene (*inde* MAPPAE CLAVIC. 107). X 31 excaliscente terra ⌊habundanter -es⌋ (habundanter -e *Muratori*; abundantes -es MAPPAE CLAVIC. 215). 33 invenies -es veteres, duratos et adherentes terre, factos lapides. ANON. secret. p. 73,33 sal nitrum, quod ex -e murorum antiquorum elicitur. p. 74,29 sal armoniacus fit ex -e vaporum balneorum et urina dissolvendo et congelando. *al. v. et l. 64.* **b** *iuncturae (usu alch.):* **α** -s aeris (-s cupri: *l.33*) *i. q.* χαλκοῦ ἄνθος, *aerugo, viride aeris – Kupferoxid, Kupferacetat, 'Grünspan' (de re v. D. Goltz, Geschichte der Mineralnamen. 1972. p. 134sq.):* COMPOS. Luc. H 9 iarin *(i. viride aeris)*: heramen -s (*inde* MAPPAE CLAVIC. 192 p. 224,43). IOH. sacerd. 158 acimar, id est -s eris. GEBER. invent. 15 p. 726 facias viride ęs . . ., quod -s cupri nuncupatur. summ. 84 p. 605 vitriolum, sal armoniacus et eris -s. BRUNUS LONG. chirurg. 1,14 p. 112[D] ziniar, id est -is eris. *al.* *de additamento quodam ad aureum colorem faciendum ('Kupferblüte'; de re v. Goltz, op. cit. [l.30] p. 135):* COMPOS. Luc. N 7 adicies aeris -s (-em MAPPAE CLAVIC. 38) modicum. *per confusionem c.* χάλκανθον *i. q. vitriolum – Kupfersulfat, 'Kupfervitriol' (de re v. Goltz, op. cit. [l.30] p. 152. 200):* MAPPAE CLAVIC. 1 -is (COMPOS. Matr. 2,1 -es) eris, quod Greci calcantum vocant. *per confusionem c.* -s auri: TURBA phil. 21 p. 130,30 -s aeris *(v. notam ed.)* <vel> aurum indicum. **β** -s auri *i. q.* χρυσάνθιον, *color aureus, tinctura aurea – 'Goldblüte', Goldfärbung, -tinktur (i. substantia, qua argentum in aurum mutandum sive colorandum putant alchemistae; de re v. M. Mertens, Les alchimistes grecs. IV,1. 1995. p. 13 adn. 41):* TURBA phil. 10 hoc . . . est aes combustum, quod est auri fermentum <et> ⌊auri -s⌋ (χρυσάνθιον *Zosimus mem. auth. 2,5 [ed. M. Mertens]*). 46 philosophi iusserunt poni et auri -em et aurum aequaliter. 72 p. 169,17 cum . . . rubeum fit *corpus magnesiae*, auri -s dicitur et auri fermentum. ROSIN. ad Euth. 2 p. 288 fermentum auri, semen auri et -s auri est. **γ** -s nitri *i. q. aphronitrum, spuma nitri – Natrium-, Alkalikarbonat, 'Soda' (de re v. Goltz, op. cit. [l.30] p. 165sqq.):* RECEPT. Lauresh. 2,176 ad eos . . ., qui durioris sunt cutis: radices cameleontis – III, nitri -s – II. ALBERT. M. miner. 5,1,7 spuma . . . nitri omnis, quae aliquando -s nitri vocatur, subtilioris est substantiae et virtutis quam ipsum nitrum. **δ** -s salis *fort. i. q. aphronitrum, spuma nitri – viell.: Natrium-, Alkalikarbonat, 'Soda':* DYASC. p. 35[b] alosantos, Latini -s salis, invenitur super petram Nili fluminis . . . veluti pinguamen aquis supernatans *(cf. Diosc. 5,112)*. TURBA phil. 22 p. 132,32 coquite . . ., donec fiat -s candidus ut -s salis in suo splendore et coruscatione. ALPHITA A 45 alosantos, -s salis idem; alos enim est sal, antos -s. *in nomine ficticio pro substantia vel tinctura, qua aes cyprinum in argentum mutandum sive colorandum putant alchemistae:* TURBA phil. 10 coquite . . ., donec . . . nummi fiant variati, quod salis -em nuncupamus. 12 p. 121,7 album sulfureum et sole et rore dealbate vel albi salis -e *eqs*.

2. flos *v.* fluor. **3. flos** *v.* phlox.

[Mandrin]

floscellus (-osse-), -i *m.* *flos (parvus) – (kleine) Blume, Blüte, Blümlein:* DYASC. p. 72[b] folia ... veluti pilosa cum -ssello auroso. p. 183[b] sertula herba est ... -um habens subruffum. *per compar. de exemplo:* ERMENR. ad Grim. 28 p. 566,22 liceat ... virtutum eius *(Galli)* quosdam -os decerpere et ... ceu floreum diadema capiti tuo conponere. *ibid. al.*

1. flosculus, -i *m. vel raro (l.11.17)* **flosculum,** -i *n.* *c. gen. inhaerentiae: l.21.26.* *flos (parvus) – (kleine) Blume, Blüte, Blümlein:* **1** *proprie de herbis vel arboribus florentibus:* **a** *in univ.:* DYNAMID. Hippocr. 1,57 senecionis -us. FROUM. carm. 12,2 mille salutes et quot nunc terris emergunt -a cunctis. **b** *de -is arte factis:* CATAL. thes. Germ. 111,10 (a. 1233) alba linea purpurea *(sc. dalmatica)* distincta cum vitibus albis, rufis et viridibus -is (*item* 111,27). 111,15 plavum *(sc. subtile)* distinctum cum croceis -is. THEOPH. sched. 2,14 pingunt *artifices Graeci* -os et nodos aliaque minuta. *al.* **2** *in imag. et per compar.:* CARM. Aldh. 2,97 bini viri ... virentes acsi -a paradisi perflorea. COZROH. praef. p. 1,9 quicquid defuisse sacrorum voluminum repperit *Hitto*, ... -os de pratis amplis decerpens ... adgregari studuit. EKKEH. IV. cas. 72 cum elegos eius *(Enzelini)* rex legisset, -is verborum delectatus querelis compassus est. CONR. HIRS. mund. cont. 1038 -os sentenciarum moralium suave olentes ... amministrabo. *al.* **3** *translate i. q. fructus, emolumentum – Frucht, Gewinn:* TRAD. Salisb. I 1 (a. 987) religiositas monachicę augmentationis ... tepescere coepit et tam diu coenobialium profectuum -is caruit. **4** *meton.:* **a** *de aetate i. q. tempus florendi – Blütezeit, 'Blüte':* ERMENR. ad Grim. 1 p. 536,15 a primo aetatis -o. **b** *de hominibus:* **α** *stirps, infans – Spross, Kind:* WALAHFR. Mamm. 2,1 puerilis -us. HROTSV. Sap. 9,1 -os uteri mei *(sc. Sapientiae)* tibi, terra, servandos committo. *in allocutione iuvenum:* EPIST. Hann. 59 vindictam tibi, -e (-ae *H*) dulcis, commendo. BERNH. CONST. damn. 45 valeas et tu, ... Bernalde, -e vernans. **β** *decor, cacumen – Zierde, Krönung:* REIN. ALEM. phagifac. 16 sanctius his animal homo, rerum -us, heres celi, forma Dei.

2. flosculus *v.* flocculus. **flosmus** *v.* phlomus.

flossellus *v.* floscellus.

***flota,** -ae *f.* *(francog. [vet.]* flotte; *cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. III. p. 638sqq. XV. p. 147sqq.)* *cortex – (Kork-)-Stöpsel, 'Schwimmer':* CHART. Hans. 432 p. 146,17 (a. 1252) de -is – de korken, quibus communiter piscatur – tam emptor quam venditor debet *(sc. pro teloneo)* de marcha II denarios.

***flotta,** -ae *f.* *(anglosax. vet.* flota, *normann. vet.* floti; *de formatione v. Stotz, Handb. 1,IV. § 67.2; cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. III. p. 640sq. XV. p. 150sqq.)* *classis, cohors piratarum – Gruppe, 'Flotte' von Seeräubern:* ROD. GLAB. hist. 1,19 p. 34,7 qui *(piratae)* assiduo raptui servientes victum ceteris ministrabant; quos etiam illi *(Normanni)* communiter -am vocant *(v. notam ed.).* *Mandrin*

flox *v.* phlox. **floxus** *v.* 1. fluxus. ***flua** *v.* *frua.

***fluccellus** *v.* *floccellus.

***fluctifluus,** -a, -um. *fluctuosus – von Wellen bewegt, wogend:* CARM. biblioth. 5,12 tu *(sc. sapientia Domini)* mare -um divisa parte locasti.

fluctifragus, -a, -um. *qui fluctus frangit, secat – wellenbrechend, die Wellen durchschneidend (in imag.):* RATHER. prael. 5,1 dum gauderet pelago se iam exemptam nostri carina sermonis, brachia rursum -is concedere remis proxima monebat Caribdis.

***fluctivagor,** -ari. *(circum)navigare, transfretare – auf dem Meer herumschweifen, fahren:* CHART. civ. Spir. 4 p. 4,22 (a. 946) qui *(negotiatores)* aliunde ... -ando advenerint navesque suas ... onerare voluerint. EPIST. Worm. I 52 p. 92,7 erea olla velut navi -ans *Hercules (cf. Serv. Aen. 7,662).*

fluctivagus, -a, -um. *script.* -ifa-: *p.326,10.* **1** *proprie (in imag. et per compar.: l.70. p.326,2):* **a** *qui fluctibus agitur, fluctus pervagatur, natat – in den Wellen treibend, durch die Fluten schweifend, schwimmend:* ALCUIN. epist. 97[tit.] dulcissimo filio vir -us salutem. CARM. Paul. Diac. app. I 10,16 tantas ... fero *(sc. Deus)* ... salutes, ... -as ... vomit quantas ... pontus harenas. PETR. DAM. epist. 57 p. 173,15 dum ... hoc *(negotium)* apicibus tradimus, ne vorago funditus oblivionis obsorbeat, quasi rem -am (fluentivagam *var. l.*) paxillulis alligamus (*sim.* 72 p. 347,11). ARNOLD. LUB. Greg. 2,12,23 dicens *(sc. nutrix)* -um *(corr. ex* -iya- *P²)* nec claro stemate natum nec curam patris habeam nec gaudia matris. *al.* *de piscibus:* CARM. de Quint. 48 pennatę coeant volucres terręque repentes, -ę gentes conveniant celeres (*sim.* ANNAL. Gradic. a. 1141 [MG Script. XVII p. 651,19] pisces). **b** *aestuosus, fluctuosus – wogend, stürmisch:* ALDH. virg. II 1102 compressa salis sacra virtute potestas turgida -is (-fagis *var. l.*) sopivit caerula campis. WOLFHARD. Waldb. 2,6[d] p. 230,26 -i marmoris *(i. Rheni)* fluxus. PETR. DAM. epist. 96 p. 54,4 cum furentibus ventis tempestas oboritur et procellarum turbo -us in cumulos elevatur. *saepius.* **2** *translate i. q. vagus, incertus, inconstans, ambiguus, mobilis – unstet, unsicher, unbeständig, schwankend, wankelmütig:* **a** *de rebus:* WETT. Gall. 3 p. 258,35 cum -um mundum *(in ras.)* linquebat nobilium multitudo. CAND. FULD. Eigil. II 25,2 quam nihil est ... saecli -i vana et peritura potestas. COSMAS chron. app. I 1 p. 246,18 post discessum meum *(sc. abbatis)* -arum (-orum *var. l.*) detractionum varietate impetuosa quassabimini *(sc. filioli).* CONST. imp. III 45 -i ... status imperii gravem lapsum ... miserantes *eqs.* (*sim.* 85,2). *saepius.* *per enallagen:* ROD. GLAB. Wilh. 6 qualiter suum genitorem a -a istius seculi cura subtraheret. **b** *de hominibus eorumque affectibus:* WOLFHARD. Waldb. 1,12 dubios in tremulo pectore animos gestans et -a mente consistens *(sc. filia).* THIETM. chron. 6,59 rex occidentales invisit regiones et -os habitatorum animos sapientiae freno edomans natale Domini ... celebravit. *al. v. et p.293,4.*

***fluctivomus,** -a, -um. *aquam, fluctus evomens – Wasser, Fluten speiend:* VITA Leon. Nobil. 10 (ASBoll. Nov. III p. 154; s. XI.) qui *(sc. Deus)* ... per Moysem ... rupem -am esse fecisti.

***fluctivus,** -a, -um. *inconstans, caducus – unbeständig, vergänglich:* VITA Deic. prol. p. 675,4 remota -ae funditus morula impedicionis, utpote in carne non ambulans, sed in spiritu, in omnibus spiritus fructibus impertaesus opellam dare *(sc. oportet).*

fluctuabundus, -a, -um. **1** *fluctuosus – wogend, stürmisch:* AGOB. 17,17,28 quę *(navis)* pertransit -am (*cf. Vulg. sap. 5,10* fluctuantem) aquam. **2** *incertus, ambiguus – unsicher, schwankend:* PAUL. DIAC. carm. 35,48 hae *(filiae)* ne praeda fiant, -a pavet *(sc. mater).*

fluctuatio (-cio), -onis *f.* *(?m.: p.327,8)* **1** *proprie (in imag. et per compar.: l.51.61):* **a** *de mari, aqua:* **α** *aestus, unda, fluctus – Flut, Woge, Welle, Strömung:* AETHICUS p. 109,1 ait ... se ... multas -es atque tempestates maris incurrisse. ALBERT. AQUENS. hist. 9,12 alii *(sc. Saracenorum)* ... mari se credentes intolerabili procellarum -e absorpti sunt. HILDEG. div. op. 2,1,23 l. 19 homo, qui in moribus suis numquam stabilis esse potest, ... quasi -o maris semper inundat. -o crescens *i. q. accessus aestuum – auflaufend Wasser, 'Flut':* ADAM gest. 4,40 p. 277,18 in quo *(chao)* fama est omnes recursus maris ... absorberi et denuo revomi, quod -o crescens dici solet. **β** *de stagno molendinario i. q. immissio, altitudo aquae – Flutung, Wasserstand:* CHART. Mekl. 768 p. 77,28 (a. 1256) quod molendinum secundo statu constructum debito modo et utili increscente -cione ... in perpetuum persistat. **b** *de navi i. q. erratus – das Umhertreiben, Umherirren:* HERM. IUD. conv. epist. p. 70,2 mea conversio gravissimis ... crebrescentibus temptationum procellis ... et longa -e protelata et maximis ... laboribus est mancipata. **2** *translate i. q. vacillatio, inconstantia, mutabilitas, perturbatio – Schwankung, Unsicherheit, Veränderlichkeit, Ungewissheit, Unruhe:* **a** *spectat ad res:* DIPL. Otton. I. 118 p. 200,28 *(ex dipl. Ludow. Pii)* magis diligens *(sc. pater)* quiete Domino servire quam tumultuosa seculi -e perpeti. DIPL. Heinr. III. 52 p. 67,28 abbacia ... quantis -cionibus sit quassata, quantis calamitatibus attrita, est dolendum fidelibus. PETR. CAS. (?) chron. 3,66 p. 448,16 iam fere annus in tali -e transierat, quo in apostolica sede nullus pastor erat. *al.* *spectat ad naturam:* HERM. CARINTH. essent. 1 p. 96,19 illa *(i. partes superiores)* ... perfecto ... pro-

pinquiora constantis nature essentia demonstrat, quippe cum hec *(i. partes inferiores)* in variis semper inter augmentum et detrimentum -bus multaque id genus diversitate. **b** *spectat ad homines:* UDALSC. Conr. 21 ab ... claustri seris pia spe trahuntur *(sc. virgines aegrae)*, sed ... pudore a publico repelluntur; nox ... huic -i satisfactura praestolatur *eqs.* PETR. TREV. David 11 venit ad eum quidam frater ... instabilitatem mentis et cordis -em ... exponens ei. 12 nullum *(sic)* se testatus est -em pertulisse.

fluctuo, -avi, -are. *script.* -to: *l.62. partic. praes. usu adi.: l.27; subst.: l.55. adde* VISIO Godesc. A 37,2.

I *intrans.:* **A** *proprie (in imag. et per compar.: l.15.29.31. 32.40. al.):* **1** *aestuare – wogen, wallen, aufgewühlt sein:* **a** *strictius:* WALTHARIUS 385 velut Aeolicis turbatur arena procellis, sic intestinis rex -at (fluitat, -atur *var. l.*) undique curis *(cf. Verg. Aen. 8,19). v. et p.331,12.* **b** *latius:* **α** *de segete:* SIGEB. GEMBL. Theod. 17 p. 479 vs. 80 prata virent, silvae frondescunt, -at ager. **β** *fervere – brausen:* EKKEH. IV. pict. Mog. 849 Spiritus ut ventus, ita -at *(cod.*, personat vel flaverat *supra l.*; flaverat *ed.)* intus (*item* bened. I 26,41). **γ** *redundare – wimmeln, übervoll sein:* OTFR. ad Liutb. 19 quorum *(sc. vatum gentilium)* ... voluminum dictis -are cognoscimus mundum. **2** *(fluctibus) agitari, fluitare – (im Meer) umhergetrieben werden, treiben, schwimmen:* **a** *strictius:* **α** *in univ.:* NARR. itin. nav. p. 180,15 deficiente vento ... sex diebus in mari -vimus (*sim.* p. 181,1. 194,16). CHART. Livon. A 271 quaecunque r e s -antes in mari ad ... litora appulsa fuerint *eqs.* (CHART. Lub. I 213. 232. *ibid. al.*). *in imag.:* RUOTG. Brun. 38 p. 41,6 navis ecclesię laborante remige -vit. DIPL. Heinr. IV. 171ª p. 223,20 ut ... eam *(sc. ecclesiam)* inter tot tempestatum turbines -antem ad portum quietis ... reduceremus. CARM. Bur. 62,8,6 -at *ratis* inter spem metumque dubia. *al. v. et p.331,26.* **β** *ascendere – aufsteigen, nach oben treiben:* ALBERT. M. animal. 24,58 quae *(sc. pinguedo tregii piscis)* ... aurum ex aquis, quamvis in profundissimos puteos deciderit, extrahit et de fundo facit -are. **b** *latius:* **α** *nutare – schwanken:* EBERW. Symeon. 24 quasi manibus sustentaretur, -ando paulatim deponitur *(sc. trabs cadens). in imag.:* CARM. Bur. 108,1ª,3 vacillantis trutine libramine mens suspensa -at. **β** *huc illuc diripi – hin- und hergerissen werden:* BREVIAR. Erchanb. cont. (MGScript. II p. 329,15; c. 881) ea provincia *(sc. Provincia)* ... semper inter hos et illos *(sc. diversos Ludowici filios)* -asse dignoscitur. **B** *translate:* **1** *sollicitari, inquietum esse – aufgeregt, unruhig sein:* GERH. AUGUST. Udalr. 1,1 l. 128 nimia ... mentis anxietate -ans cogitabat, qualiter *eqs.* WIBERT. GEMBL. Hildeg. 188 parentes domne Hildegardis ingentis exultatione gaudii -verunt. HIST. peregr. p. 156,35 quanto ... gaudio -ret animus soldani, si *eqs.* **2** *incertum esse, dubitare – unsicher, unschlüssig sein, zweifeln:* PAUL. DIAC. Rom. 14,11 dum, utrum adiret Romam an desisteret, animo -ret *Attila.* ALCUIN. Willibr. 32 (MGMer. VII p. 140,3) nullus ... dubitet in fide ..., nec de piae petitionis -et (fluctu et, fructu et, fletu *var. l.*) effectu. OTTO FRISING. chron. 6 prol. p. 261,17 propheta ... mundi instabiles ac miserabiliter -antes ... contemplans ... inquit: *'eqs.'* PETR. TREV. David 24 cepit ... novitius -are. *al.* **3** *vacillare, instabilem esse – wanken, ungewiss sein:* DIPL. Frid. I. 327 p. 154,31 in quibus *(schismatibus)* sancta Dei ecclesia -ans laborabat. CHART. Raitenh. 379 p. 303,39 ne ... labilis fidelium memoria sub incerto -ans oblivionis sarculo acta corruere faciat.

II *trans. i. q. navigare – befahren (in imag.):* VITA Desid. Vienn. 12 dum ... huius saeculi mare ipse sacerdos -vit (-tavit *var. l.*) in corpore.

adi. **fluctuans,** -antis. **1** *aestuans, undosus – wogend, wellenförmig (usu medic. de pulsu; per compar.: l.67):* PS. GALEN. puls. cod. Vr 251 fit *pulsus pleureticus* velox et validus et veluti -s. 255 -s pulsus est, qui saltus suos fluit amplius et veluti liquorem inclusum significat *(cf. B. Castelli, Lexicon medicum Graeco-Latinum. 1713. p. 748 s. v. 'undosus').* **2** *nutans, inconstans – schwankend, unstet (per compar.):* FORTOLF. rhythmimach. 148 ad hanc *(sc. effrenati animi)* ... similitudinem 'omnis inaequalitas' quasi instabilis et -s 'ab aequalitate' componitur. ALBERT. M. eth. II 3,1,13 p. 211ª,35 principium ... operis ... secundum inchoationem est in brutis ..., in pueris autem est sicut fluitans et -s ex humiditate complexionis, in viris vero secundum naturalem est perfectionem. **3** *incertus, dubius – unsicher, unschlüssig, zweifelnd:* NADDA Cyriac. I 6 secum cogitans in simulacris multis lubricam et -em hominum errare stulticiam. CAES. HEIST. hom. exc. 247 qui *(abbas)* cum venisset ad monachum illum -em *eqs.*

subst. **fluctuans,** -antis *m. qui incertus est, dubitat – ein Unschlüssiger, Zweifelnder:* CARM. Bur. 110,1,5 cordis agente dolore -is more videor mutari Veneris ad nutum.

fluctuosus, -a, -um. **1** *proprie (in imag.: l.16):* **a** *aestuans – wogend, stürmisch:* CHRIST. STAB. Matth. 13,10 ostendebat *Dominus* relicturum se Iudaeam ... et ad gentes transiturum, quae significantur per mare tumidum atque -um. EPIST. Hildeg. 185 tempestas *(sc. irae)* cessabit et unda -e aque. *subst. neutr. i. q. fluctus – Flut, Woge:* ARBEO Emm. 33 inter ... ventorum flabra et ˻procellarum -a˼ (fluctus procellarum VITA Emm.). **b** *?nutans, tremulus – ?schwankend, zittrig:* VITA Eptad. 19 (MGMer. III p. 192,25) incredibile terrore correptus vix ad suarum abditis (abdita *var. l.*) latebrarum -issima (-isma *var. l.*) inglutinatione *(?i. compaginem corporis)* pertraxit *Sigifunsus.* **2** *translate:* **a** *incertus, inconstans – unsicher, unbeständig:* VULF. Marc. I 1,2 ut in huius saeculi hospitali peregrinatione semper est incerta felicitas, periculosa iucunditas, undosis vanitatibus -a varietas. CHART. Sil. D I 251 (a. 1224) nec ullum actum, quod in -o geritur tempore, robur firmitatis valet optinere. **b** *?lubricus – ?schlüpfrig:* VITA Wandr. 15 (MGMer. V p. 20,26) instruebat filios suos, qualiter poterint resistere satane insidias -as. DAVID (?) inquis. 42 p. 228,10 quod ... per suas vulpinas versucias et -as responsionum ambages callide elabuntur *(sc. haeretici).*

fluctus, -us *m.* **1** *aestus, unda, gurges, vertex – Welle, Woge, Flut, Strudel (sing. sensu plur.: l.38):* **a** *proprie:* **α** *in univ.:* ARBEO Corb. 40 ut ... amnis suis intumescit -bus. HUGEB. Willib. 3 p. 91,8 transmeatis maritimis -uum formidinibus. BOTAN. Sangall. 49,4 si quis morato biberit et in mare intraverit, mares ei -us *(ci.*, fletus *cod.)* nocere non potest. WALTH. SPIR. Christoph. II 1,63 petit ima puer -u tollente Leander. *saepe. in imag.:* LIBRI Karol. 3,11 p. 378,22 ecclesiam ... in huius saeculi horrisonis -bus natitantem Christus ... sustinet. WALTH. SPIR. Christoph. II 5,146 irae. FROUM. carm. 2,22 forsitan ... -bus evulsam firmabo in littore vitam. CONST. imp. I 411 laborantibus nobis in hoc mari magno ... et diversis cogitationum -bus agitato. *saepius.* **β** *mare, lacus, aqua – Meer, See, Gewässer:* WALAHFR. Wett. 24 illius *(aequoris)* in medio suspenditur insula -u (-us *var. l.*) Augia nomen habens. HRABAN. carm. 6,13 sint ... licet montes inter cum -bus arva, mens tecum *(sc. cum amico)* est. WALTH. SPIR. Christoph. II 4,47 quod medium succidat palmula -um. **γ** *inundatio – Überschwemmung:* POETA SAXO 4,49 quassatis -us quosdam generavit *(sc. procella)* in arvis. *fort. add.: p.332,13.* **δ** *imber – Regen(guss):* EKKEH. IV. carm. var. II 1,7 -us da *(sc. Deus)* segeti! **ε** *effusio, effluvium – Erguss:* WALTH. SPIR. Christoph. II 6,229 ut ... grandinis atque tuę *(sc. Dei)* -us non senciat *corpus sepultum* irę *(spectat ad Vulg. apoc. 16,1).* **b** *translate i. q. aestuatio, perturbatio – Wallung, Aufruhr, Unruhe:* WALAHFR. Gall. 1,8 inter hos *(sc. fratrum occisorum)* angustiarum et tristitiae -us *(fort. corr. ex* fructus *3ª*, luctus *2ᶜ)*. HROTSV. Dion. 68 quae *(visio)* -us animi compescuit eius. UNIBOS 118,1 mentis commoti -bus ad arma currunt *(sc. tres viri).* FROWIN. explan. 6,1 l. 600 ut ..., ubi angores molestiarum faciunt -us animae, fides illa, quae dormiebat, excitatur. **2** *?affluentia, copia – ?Überfluss, Reichtum (fort. per contam. c. ital.* frotta*; cf. Battaglia, Dizionario VI. p. 390):* CHRON. Ven. Alt. p. 93,26 ab integrorum panibus et cluces maris decocte eiecientes *(sc. Venetici obsidio inclusi)* eas valde iactabantur, Veneticorum -uum percuciebant pectora illorum *(sc. obsessorum).*

***fludermagister,** -i *m. (theod.* fludern *et* magister; *cf. J. u. W. Grimm, Deutsches Wörterbuch. III. 1862. p. 1837) qui lignum per rivum demittit, lignum demittentibus praeest –*

[Niederer]

(Holz-)Flößer, Floßmeister: TRAD. Salisb. I 470 p. 508,2 (a. 1242/59) testes sunt: ... Ditmarus -r et VII ... Ulrici filii (*sim.* 471b). II 371 p. 764,4 testes: ... Heinricus dictus patruus, Chunradus -r.

***fludro** (flůd-), -onis *m.* (*theod.* fludern) -o lignorum *i. q. mensura ligni per rivum, flumen demissi – Einheit von geflößtem Holz:* TRAD. Salisb. I 479a p. 512,29 (s. XII.ex.) dant *curiae* ... XII gallinas, duos anseres, duos flů-es lignorum et XXX denarios (*item* 479c p. 514,2 -es).

fluens *v.* fluo.

fluentia, -ae *f.* *fluor – Fluss:* AESCULAPIUS 21 p. 31,18 reumatismum stomachi apprehendimus ex ... sputi -a.

fluento, -are. *perfluere, alluere – durchfließen, bespülen:* PAUL. DIAC. Lang. 2,13 p. 80,6 quam *(Augustam civitatem)* Virdo et Lecha -ant *(cf. Ven. Fort. Mart. 4,642* qua Virdo et Licca -ant; *cf. L. J. Engels, Observations sur le vocabulaire de Paul Diacre. 1961. p. 152).*

fluentum, -i *n. vel rarius* **fluenta,** -ae *f. (?m.: l.47)* **1** *flumen, fluctus, aqua – Strom, Flut, Wasser, Nass:* **a** *in univ.:* **α** *proprie:* ARBEO Emm. 30 qui *(fons)* ... suam ... -am secus effundit ecclesiam. POETA SAXO 5,443 Rheni constravit *Karolus* ponte -a. EKKEH. IV. pict. Mog. 643 sanctificat cuncta Christus Iordane -a, quis animas mundat. CHART. Rhen. med. I 584 deputantes *(sc. archiepiscopus)* ... eorum *(monachorum)* usibus eiusdem stagni tam -a quam arida. *saepe.* **β** *in imag. et translate:* CAPIT. episc. I p. 130,7sq. qui doctrina spiritus sancti et scripturarum sanctarum -is caret, sitiens est; sed si se -is verbi Dei irriget *eqs.* HROTSV. Pel. 17 septenis sophiae repleta *(sc. erat Corduba)* -is. GERB. epist. 167 p. 195,19 -a Marci Tullii sicienti praebete *(sc. abbas). al.* **b** *de ipso aquae elemento:* LAMB. LEOD. Matth. I 627 nec ... natura -i caniciem *(sc. nivei)* patitur mentitam. **c** *de irrigatione:* WANDALB. mens. 97 prata ... emissis celerant *agricolae* potare -is. **d** *de baptismo:* HERM. IUD. conv. 19 p. 119,4 -a ... vivifici fontis ingressus et in eo semel ... immersus solam hanc immersionem suffecisse credebam. p. 119,19 clerus ... perstrepebat me ... salutaribus -is (sacramentis *var. l.*) humiliter debere submitti. **e** *de vino:* POETA SAXO 4,132 dulcis ... -a Liei. **f** *de sanguine:* ALDH. virg. II 2420 -a cruenta (*sim.* 2600). TRANSL. sang. Dom. in Aug. 7 (vs.) me ..., salvator, obaudi, per vexilla crucis, per sacra -a cruoris. **g** *de lacrimis:* IONAS BOB. Columb. 2,11 p. 258,6 ieiunio et oratione cum -a (-is, -i *var. l.*) lacrimarum vigiliarumque labore corpus adtriverat. NOTKER. BALB. gest. 1,22 p. 30,15 inestimabilibus ablutus est lacrimarum fluentis (fluminibus *var. l.*). **2** *rivus, fluvius – Bach, Fluss:* TRAD. Patav. 57b p. 49,22 (a. 803) donatum ... esse volo ... locellum, qui adiacet secus -a, qui vocatur Enchinaha. DIPL. Westph. 247 p. 344,17 damus ... abbati ... potestatem ... in auri fodinis vel auri -is ..., ut, ubicumque in tenimento monasterii ... inveniantur auri fodine vel auri -e, ... potestatem habeatis ... in fodiendo et exquirendo aurum *eqs.* CARM. Bur. 92,60,2 ad ingressum nemoris murmurat -um. *al.* **3** *cursus – Lauf:* ARBEO Emm. 4 cuius *(Danubii)* dum sequeret -is, ad Radasponam pervenit urbem (*sim.* 32). EIGIL Sturm. 8 coepit *(sc. homo peritus)* ei locorum nomina indicare et torrentum et fontium -a denuntiare. *cf.* fluo.

flueo, fluerunt *v.* fleo.

fluesco (fluaescaere), -ere. **1** *liquescere – flüssig werden:* RECEPT. Donauesch. 55 ceram et oleum super carbones solves, et cum refrigeraverit, rades et -aescaere *(cod.,* flores cerae *ed.)* facis *(cf. F. E. Kind, ArchGeschMed. 27. 1934. p. 35).* **2** *manare – nässen:* Ps. HELIOD. chirurg. 54 nervosa *(sc. loca post operationem)* tarde tumescunt et tarde resident; musculosa vero subito tumescunt, obdurantur et -unt.

***fluiditas,** -atis *f.* **1** *liquiditas – fließende Eigenschaft, flüssige Konsistenz:* ALBERT. M. sens. 1,13 p. 32b,12 non ... est dubium, quod omnis res ex eisdem componatur, in quae corrumpitur et resolvitur; similiter ... fit in ebriis -e vini superatis: cum *eqs.* animal. 8,233 haec *(organi [sc. cerebri] bonitas)* ... -e sua distraheret aut duritia immobilitaret intentiones formarum. Matth. 14,25 p. 433,80 non fuit ablata -s aquae *(sc. super quam Christus ambulabat). al.* Ps. AVIC. tinct. 1 p. 627a,24 ex aqua terrestri ponderositatem habens *(sc. argentum vivum)* et ... luciditatem et -am. **2** *mutabilitas – Veränderlichkeit:* ALBERT. M. sent. 2,23,1 p. 391b,41 quod infantes non nati fuissent ... imperfecti in habitu scientiae, sed potius in actu considerationis propter -am complexionis infantium in diversa, quae *eqs.*

fluidus *vel rarius* **fluvidus,** -a, -um. *script.* fluyd-: *l. 58. metr.:* flŭv-: *l.44.45.48.* flūv-: *l.29.*

I *fluens, liquidus – fließend, strömend, flüssig, nass:* **A** *proprie (in imag.: l.15.23.25):* **1** *strictius:* CARM. cod. Paris. (8812) 4,6,3 qui *(sc. Pater)* gelidas latices fluere et fluidas glaziare iubes. ANSELM. GEMBL. chron. a. 1117 p. 376,35 quaedam femina caput dum lavat puero, manus rubent sanguine fluido. CHART. Wirt. 703 p. 186,1 expedit ... contractus hominum scripturarum caractere figurari, ut sic fluide memorie rivulus restringatur. ALBERT. M. animal. 3,100 humor corporis animalis est corpus fluidum (*Avic. canon. 1,1,4,1 p. 4av* humidum) liquidum, in quod ... per digestionem secundam cibus nutriens convertitur. *al.* *subst. neutr.:* ALBERT. M. meteor. 4,2, 13capit. de diversitate eorum, quae sunt fluida aquea et coagulantur ... per frigidum. **2** *latius:* **a** *instabilis – instabil (spectat ad Vulg. Matth. 7,24sqq.):* LIUTG. Greg. 7 p. 73,9 non super fluidam harenam humani consilii ..., sed super tutissimam petram divini consilii ... aedificavit *Bonifatius pontifex* domum suam. EGBERT. fec. rat. 1,1077 ecclesię Christi fluida quatiuntur harena. **b** *subst. neutr. fort. i. q. vestis aestuans, laxa – viell.: wallendes, loses Gewand (fort. c. notione lasciviae):* CARM. Cent. 50,1 in cingulo: gratia celsithroni lumborum -vida stringat (*cf.* 52,1 vitiorum fluxa; *spectat ad Vulg. Luc. 12,35; v. et ThLL. VII/2. p. 1809,65sqq. s. v.* lumbus). **B** *translate:* **1** *fluctuans, undosus – wellenförmig (usu medic. de pulsu, cf. p.327,68):* MEDIC. var. (BullHistMed. 10. 1941. p. 31; s. IX./X.) si ... aliquid dolet, invenies ei pulsum ad tactum, quid dicitur fluidus atque citatus. **2** *labilis, caducus, inconstans – vergänglich, hinfällig, unbeständig:* ARNO REICHERSB. apol. p. 108,35 ex his *(sc. divinis)* efficientiis supersubstantialibus in nostri generis fluidam essentiam in Virgine ... operantibus Dominus Iesus natus in Deum vivum et verum est.

II *umidus, madens – benetzt (von), feucht, triefend, überströmend (in imag.: l.46):* NOTKER. BALB. gest. 1,21 p. 29,9 adversarius ... assumpta specie ... leprosi sanie -vidi ... ante limen ecclesię se illi *(Karolo)* obvium tulit. MILO carm. 3,4,1, 964 mella favi -vidi libavit *victor.* WALTH. SPIR. Christoph. II 5,186 raucet ... -vido non cocta fidelia limo. FROUM. epist. 79capit. domno Reginbaldo imbriflua sapientia fluido (-vido *a. corr.*). *ellipt. i. q. sanguine fluens, sanguinolentus – bluttriefend:* CARM. Sangall. I 7,2,26 lictores -vidum linquunt in carcere truncum *(sc. Iohannis).*

III *manans, suppurans – nässend, schwärend:* CONSTANT. AFRIC. eleph. 3,10 quidam *(morbi)* et cutem crepant et eam reddant fluidam. 5,44 si ... in corpore alique habeantur pustule et fuerint fluide.

IV *lubricus, fugax – schlüpfrig, flüchtig, leicht entwischend:* MILO carm. 1,6,2,213 retibus ... iactis fluidam cepere *(sc. nautae)* rapinam *(i. piscem ingentem).*

adv. ***fluide** (fluvide). **1** *fluenter – fließend:* PAUL. ALBAR. carm. 11,40 dum fulgit ignis, fluyde dum limpha recurrit, dum *eqs.* **2** *mutabiliter, inconstanter – veränderlich, unbeständig:* VITA Alcuini prol. p. 184,13 quoniam mundo fluide (-vide *var. l.*) cum suis senescente vix ... pauci repperiri queant, priscorum ... ardua sequi vestigia qui possint *eqs.*

fluitatio, -onis *f.* *fluctuatio – das Schwanken:* CHART. Pomm. 979 p. 282,8 (a. 1273) vices temporum cum -e incessabili effluunt et emergunt.

[fluiter *v.* scilicet *et* ter: GESTA Camer. 1,89 p. 435,21.**]**

fluitio, -onis *f.* *fluctuatio, vacillatio – das Schwanken, Wanken:* CHART. Brand. A XX 46,17 p. 188,14 (a. 1276) quod dispersioni Lubucensis ecclesie canonicorum ac -i sedis eiusdem consulere cupientes ... concordavimus *eqs.* (*cf. antea:* fluitantes ... stabilire).

***fluitivus,** -a, -um. *mutabilis – wechselnd, veränderlich:*

CARM. Winr. 438 si speciem *(i. declinationem)* primam teneat vox vel -am *(cf. notam ed.)*.

fluito, -avi, -are. *partic. praes. usu adi.: l.12.42.49.* **I** *proprie (in imag., alleg., per compar.: l.10.11.22.26):* **A** *fluere, aestuare, undare – fließen, strömen, wogen, wallen:* **1** *strictius:* CAND. FULD. Eigil. II 14,5 in quem *(Rhenum)* -ans turgentibus undis ... prolabitur amnis Mogoin. WALTHARIUS 719 qui caput orantis ... recidens fecit cognatum ... -are cruorem. EKKEH. IV. bened. I 23,4 in cruce (gloss.: in modum crucis) divisi -ant amnes paradysi. CARM. anon. 1,107 (SBMünch. 1873. p. 698) condicio mundi -bat more profundi. ARNOLD. LUB. chron. 6,4 p. 215,23 videres ... -antes (fluctuantes *var. l.*) rivos cerevisie sive vini. *al.* **2** *latius:* **a** *de fumo:* GISLEB. ELNON. inc. 1,97 -at per omnia fumus. **b** *de segete:* NOTKER. BALB. Gall. 1[d] cum ... iam messis -ret *(ci. Winterfeld,* fructificaret *cod.)* arvis *eqs.* **c** *de vestibus:* CONSUET. Rod. 24 sedens ... non vestimentorum laxos sinus -are permittat *(sc. frater).* **d** *de turba:* VULF. Marc. II 164 coepit in ambiguum plebs -are modum. SALOM. III. carm. 1,2,166 regia si turmis esset prelata potestas, non adeo temere -ret mobilis ordo. **e** *de vulnere i. q. manare – nässen:* THEODULF. carm. 28,478 coeperit ut caecum sub pectore vivere vulnus aut ... iam -are foras, vis humilis statim exiliat. **B** *(fluctibus) agitari, fluctuare, natare – (im Meer) treiben, schwimmen:* GODESC. SAXO theol. 22 p. 315,20 quamvis inter huius maris magni et spaciosi fluctus fluctuemus, immo -emus *eqs.* LAMB. HERSF. Lull. 26 p. 339,36 subter aquam moribundus -bat *frater.* HIST. peregr. p. 172,10 alius *(eques)* ... imperatorem -antem in gurgite conprehendit. CARM. de Iuda 3,10 peragebat per ponti metas VII -ando dietas. *al.* **C** *scatere – voll sein:* ALBERT. STAD. Troil. 5,521 pulvere non -ant, mucronibus arva choruscant. **D** *effundi – sich ergießen (über):* GUTOLF. Agn. 53 labra rosas binas equabant, colla pruinas, puniceusque genis candor -bat amenis.

II *translate:* **A** *vacillare, nutare – schwanken, wanken:* GODESC. GEMBL. paneg. 3,2 (MGScript. VIII p. 560) anceps est mundus, praeceps -at sibi cursus. ALBERT. STAD. Troil. 5,630 frigere (gloss.: ab ardore pugnandi) vides spe -ante Friges. CHART. Hall. 350 p. 320,35 ut ... dilapsas *(sc. ecclesias)* erigere, -antes stabilire ... studeamus. **B** *suspensum esse – schweben:* PURCH. Witig. 543 sepius hunc tanto vidi -are periclo, ut *eqs.* **C** *incertum esse, dubitare – unschlüssig sein, zweifeln:* HRABAN. carm. 17,19 condat dogma bonum -antia corda reorum. EPITAPH. var. I 18,3 non -at populus generis sine prole relictus, sed *eqs.* VITA Bard. 26 causa ... humanae infirmitatis eum -are putabant *omnes.* GOZECH. epist. 8 acide ... redarguis, quod ... tanta -em animi inconstantia, ut *eqs.* **D** *cunctari, morari – zögern, zaudern:* NOTKER. BALB. gest. 2,12 p. 75,8 qui *(Eishere)* quotienscumque ad fluvium ... venisset, ... apprehensis habenis -antem *(sc. equum)* post se traxit. **E** *?ambiguum esse – ?unklar, zweideutig sein:* CARM. de Iuda 1,75 ad Scarioth fluxit, de qua *(sc. insula)* nomen sibi duxit Iudas Scariothis ..., atque rei nomen -at, quia mortis ad omen vite contemptor mala forma suique peremptor *(cf. M. Thiel, Grundlagen u. Gestalt d. Hebräischkenntnisse des frühen Mittelalters. 1973. p. 336. 411).* **F** *caducum esse – hinfällig sein:* VITA Hildeg. Bing. I 1,2 l. 16 (CC Cont. Med. CXXVI. 1993. p. 7; a. 1182/87) ut ..., cum tota carnis materia -ret, vita illius quedam esset pretiose mortis imago. **G** *effluere – verfließen, vergehen:* MEGINFR. (?) carm. p. 652[C] incipiens erat *Christus baptizatus* annorum triginta patenter, namque dies tredecim de triceno -bant. **H** *redundare – überströmen:* HROTSV. Mar. 562 populum ... vidit ... gentilem ... laetitia -antem, ... quia *eqs.*

adi. **fluitans,** -antis. **1** *laxus – locker, schlaff:* WALTHARIUS 332 lora ... virgineae mandat -ia dextrae. **2** *aestuans, fluidus – wallend, flatternd:* PETR. DAM. epist. 24 p. 233,4 ludicras et -es nitentis habitus lacinias despice. 99 p. 98,4 in expeditionis exercitio constituti digne non possumus eisdem manibus et stili currentis articulum texere et frenis equorum -bus ... deservire. **3** *nutans, mutabilis, inconstans – schwankend, veränderlich, unbeständig (per compar.: p.328,3):* WIPO gest. 3 p. 21,3 omnis potestas -is seculi de uno fonte purissimo derivatur. *usu rhet.:* CONR. MUR. summ. p. 102,2 mediocris stilus habet vitium -s et dissolutum, per quod sententie dissolute remanent et discisse *(de re v. F. Quadlbauer, Die antike Theorie der genera dicendi im lat. Mittelalter. 1962. p. 94sqq.).*

subst. **fluitans,** -antis. **1** *masc. i. qui vacillat, dubitat – ein Schwankender, Zweifelnder: p.330,71.* **2** *neutr. i. q. vacillatio, inconstantia – Schwankung, Unbeständigkeit:* GERB. epist. 15 magnam intelligentiam tuam, frater, ne turbent -ia *(sc. aliorum).*

*?****fluitus,** -us *m. fluctus, inundatio – Flut, Überschwemmung:* CHART. Rhen. med. III 532 (a. 1235) quod ... nunquam fluvius ibi *(sc. in prato)* minorasset ripam prati, nisi quod in illo anno repentinus et immensus -us (*ni leg.* fluctus) hoc fecerat.

***flumaria** (flom-), -ae *f. (ital.* fiumara; *cf. Battaglia, Dizionario VI. p. 51) cursus aquae, alveus fluvii – Wasserlauf, Flussbett:* DIPL. Constantiae 48 p. 155,24 fines sunt hii: ab oriente -a Trionte, ab occidente -a Honopigne *eqs.* 59 p. 187,10 cum omnibus iuribus et pertinentiis ..., molendina etiam in -a ... civitatis. DIPL. Frid. II. 132 p. 257,38 ut ... valeatis *(sc. abbas et fratres)* ... facere molendina et fullas per omnes -as terre eius (*sim.* ACTA imp. Winkelm. I 271 p. 246,41). ACTA imp. Winkelm. I 230 p. 212,2 quod iniuste teneret *Falco* quandam vineam ... monasterii in flo-a Mili. 307 p. 276,15 descendit *confinis* ad -am siccam. *Niederer*

flumen, -inis *n. (m.: l.35. al.; f.: l.32.36) vel raro* ***flumina,** -ae *f. (m.: l.38) vel semel (l.33)* ***fluminus,** -i *m. script. et form.:* fru-: *l.42. sing.: nom.* -menis: *l.32. gen.* -menis: *l. 40. abl.* -ę: *l.32.*

fluvius, amnis – Fluss, Strom: **I** *proprie:* **A** *strictius:* **1** *in univ.:* CHRON. Fred. 4,18 in laco Duninse, quem Arola -enis influit. TRAD. Frising. 4 p. 30,18 infra -ę, que dicitur Isana. 43 p. 70,42 iuxta ripam -i, qui dicitur Isna. TRAD. Patav. 28[a] p. 23,37 ad Antesnam -am. URSIN. Leod. 28 (MGMer. V p. 352,4) ne navigantes pereclitarent in -em (-e *var. l.*). CHART. Sangall. A 655 p. 259,17 inter duabus -bus Dura et Thosa. WALTHARIUS 423 ubi pervenit, qua -a curva fluebant. CHRON. Ven. Alt. p. 50,2 omni ... -arum erunt transversi. DIPL. Otton. II. 163 p. 183,39 cum ... -bus, aquis aquarumque decursibus. MARIAN. chron. a. Chr. 614 alveum ... -enis ... draco ... descendit. CHART. Bund. 953 p. 384,7 quelibet pars ... a fr-e Turzio usque ad crucem de loco Magno. *persaepe. pro nom. propr.:* DIPL. Conr. II. 132 p. 178,33 ubi fluentum F-n nascitur. **2** *c. colore quodam:* **a** *fluviolus, rivus – Flüsschen, Bach:* VITA Euch. Val. Mat. 14 tanta ... fuit ... populi concursio, ut in -e (*postea:* rivulus) ... eos baptizarent. CHART. Heinr. Leon. 100 p. 151,14 contermina sunt bonis antecessorum nostrorum sita a -e, qui dicitur Horenbach. *al.* **b** *canalis – Kanal:* ACTA imp. Winkelm. I 164 p. 143,2 (DIPL. Frid. II.) ut liceat ... civitati ducere -a ... et de ipsis -bus aquam extrahere. **c** *stagnum – See:* VITA Bonif. I 9 transmensus est -n (stagnum WILLIB. Bonif. 8 p. 47,4), quod nuncupatur Almere. **B** *latius:* **1** *cursus – Lauf:* FRID. II. IMP. art. ven. 5 p. 160,3 illi ... falconum, qui ... timet aquam, conveniunt loca parvarum aquarum sicut -a rivorum et loca collectiva aquarum pluvialium. **2** *fluctus – Flut:* ARNOLD. LUB. Greg. 4,4,8 quod ... maris sis pressus -e.

II *meton. i. q. aqua, lympha – (klares) Wasser:* WALAHFR. hort. 58 -a pura cadis inferre capacibus. HERACLIUS I 9,4 vesicam ... serva cum -e coctam. *al.* *eccl. de aqua baptismatis:* HRABAN. carm. 39,68 eos, qui velint credere, lavate sacro -e Dei patris in nomine.

III *in imag., alleg., per compar. (interdum c. notione abundantiae, e. g. l.65.69):* LIUTG. Greg. 2 p. 68,19 praedicatio ... in modum -is aquae vivae fluxit de ventre doctoris. 7 p. 73,11 dum venirent -a humanae adversitatis ac perturbationis. HRABAN. univ. 11,10 p. 319[A] aliquando ... -a significant apostolorum et evangelistarum doctrinam cum bonis operibus. WALAHFR. (?) carm. 50,1,29 cum -n lactis adesset. 66,2,5 quidquid vitii est, lacrimarum -e purga. WALTHARIUS 999 sudoris -a. CARM. imag. 13,1,6 -a lege pari dat *Christus* mystica quatuor orbi. CONR. MUR. summ. p. 122,7 quando vir scribit uxori, ...

[Orth-Müller]

utatur adulatoriis et yperbolicis verbis et . . . promittat aureos montes, aurea -a. *al.*

IV *translate:* **A** *eloquentia, facundia – Beredsamkeit, Redefluss:* EKKEH. IV. bened. prol. II 60 Virgilii lumen Ciceronis ab oreque -n. HEINR. AUGUST. planct. 938 calamum linguae secreto -e tingue. *al.* **B** *spatium temporis in coctura salis – Zeitraum in der Salzproduktion, 'Flut':* CHART. Ramelsloh. 7 (ed. D. Brosius. 1981; a. 1263) dimidium chorum salis . . . comparavimus, qui ex parte nostri capituli quolibet -e semper dabitur domino Iohanni.

flumicellum, -i *n. vel* ***flumicellus,** -i *m. fluviolus – Flüsschen:* DIPL. Otton. II. 288b p. 338,4 decurrit . . . Melfa *(sc. fluvius)* usque, ubi coniungitur cum -o (fluvicello *var. l.*), qui dicitur Mellarino. CHART. Laus. 477 p. 412,16 iuxta -um, qui vocatur Osnona. ACTA imp. Stumpf 530 p. 742,27 flumen *(sc. concedimus)*, quod vocatur de Cannulo, cum alio -o, quod Turricella dicitur.

fluminalis, -e. *fluvialis – Fluss-:* TRACT. de caus. mul. 23 ad decursionem matricis albam cancrus -is conbustus bibat in pocione cum vino.

flumineus, -a, -um. *fluvialis – Fluss-, des Flusses:* **1** *flumini proprius – dem Fluss eigen:* FLOR. LUGD. carm. 9,32 -us . . . canat lapsus clamore sonoro. **2** *in flumine vivens – im, am Fluss lebend:* THADD. FLORENT. cons. 38,134 quod *(electuarium)* recipitur: . . . interiorum cocularum -arum adustarum. ALBERT. M. animal. 1,28 quaedam animalia sunt marina et quaedam -a. CARM. Bur. 58,4,4 cygnus -us.

1. fluo, fluxi, fluxum, fluere. *form.: perf.* -flu(i): *l. 48. partic. fut.* -iturus: *p.334,36. al. partic. perf. sensu act. (usu adi.): p.334,38.*

I *intrans.:* **A** *proprie (in imag.: l.45sqq.60.) i. q. manare – fließen, strömen:* **1** *strictius:* **a** *de fluviis, rivis sim.:* TRAD. Frising. 548 p. 470,3 (a. 827) ubi ipse *(rivulus)* -xit in Danubium. WALAHFR. carm. 18,29 -unt . . . volentes more suo fluvii. POETA SAXO 2,40 -it Albia latior inde. DIPL. Otton. III. 68 p. 475,24 in orientali parte fossę, ubi aqua antea -xit. THIETM. chron. 1,16 de rivo quodam, qui in septentrionali parte eiusdem *(montis)* -it. OTTO FRISING. gest. 1,8 p. 24,29 unde Lemannus fluvius -it. *saepe.* **b** *de liquoribus:* PRUD. TREC. annal. a. 846 p. 52,15 apud Altiodorum civitatem inundatio pluviarum -xit. RECEPT. Sangall. I 28 sanguis si nimis -et de nares. HROTSV. Gall. 12,11 omnibus . . . -unt lacrimae prae gaudio. ANNAL. Bonif. a. 786 (MGScript. III p. 117,29) sanguis e celo -xit. *al. v. et p.335,24.* **c** *in imag. de rebus incorporeis:* ALDH. carm. eccl. 4,10,13 doctrina Dei . . . -xit de fonte quaterno. WALAHFR. carm. 24,9 ingentes -xere in pectora curae. CARM. var. III A 7,50 p. 627 cui *(sc. Christo)* fontem lateris . . . lancea rupit, quo fluerant mundo ΦΩC, OΔOC atque salus. MART. VALER. buc. 3,35 nunc tibi *(sc. Mopso)* de pluvio -xerunt carmina celo. *al.* **2** *latius:* **a** *liquefieri – flüssig werden:* THEOPH. sched. 3,29 verte *(sc. vas)* ex omni parte, qua -ere *(sc. nigellum)* videris. CARM. anon. (SBMünch. 1873. p. 707) sicut cera -it subito percussa calore, sic *eqs.* **b** *liquidum esse – flüssig sein:* GEBER. summ. 49 p. 437 qui illud *(argentum vivum)* putantes coagulasse post remotionem eius ab igne invenerunt illud -ere sicut prius. **c** *humidum esse, madere – feucht sein, triefen:* WALAHFR. Wett. 416 videbam . . . suras . . . et crura cruore -entes. CARM. var. III A 6,2,26 p. 614 uda -it facies. *al. diffluere – zerfließen (in imag.):* BERTH. chron. B a. 1054 p. 172,17 ego totus -ens (flens *var. l.*) in lacrimis . . . meme . . . vix continui.

frigora (-gura, -ola), -ae *f. perfrictio, febris (frigida) – Erkältung, (kaltes) Fieber:* SERMO de sacril. 15 carmina vel incantationes . . . haec sunt: . . . ad febres, ad -uras, ad capitis dolorem *eqs.* PRAECEPT. diaet. II^{a} 6 solutionem non accipere, quia ipsa solutio ⌞-as (frigores, frigora *var. l.*) generat⌟ (frigorat *var. l.*). BOTAN. Sangall. 41,3 ad -las. ANTIDOT. Glasg. p. 133, 1 antidotum ad -as tollendum.

frigoreticus *v.* frigoriticus.

***frigoreus,** -a, -um. *frigidus, gelidus – kühl, kalt:* HROTSV. Gong. 97 -ae captus limphae paulisper amore substitit. 407 inter -as ardens . . . comperit *(sc. adultera)* undas, quid posset nostri dextera celsa Dei *(de iudicio aquae).* gest. 360 corpus -ae sociavit *Heinricus dux* nobile terrae.

***frigoriferus,** -a, -um. *refrigerans – kühlend (usu medic.):* BERNH. PROV. comm. 9,2 p. 312,12 nenufar habet stipitem perforatum, et cum tale stipite sirupus suptus (*leg.* sumptus) ab egro magis est -us.

frigorificus, -a, -um. *refrigerans – kühlend (usu medic.):* BERNH. PROV. comm. 9,3 p. 314,41 si puer . . . febriat . . ., tere . . . cristallum et distempera cum aqua et potet nutrix; lac inde creatum frigidius et -um et febrilem discrasiam pueri

multum reprimet.

frigoriticus (-ret-), -a, -um. *script.* frivoli-: *l. 8.* **1** *ad febrem (frigidam), perfrictionem pertinens – zum (kalten) Fieber, zur Erkältung gehörig, Erkältungs-:* HERM. SANGALL. Wibor. 1,27 quaedam . . . puella . . . -etico morbo . . . vexabatur. **2** *perfrictione laborans, frigore tactus – an einer Erkältung leidend, erkältet (saepe usu subst., e. g. l. 8. 10. 13):* RECEPT. Lauresh. 4,75 p. 302,14 febricitantibus proficit *confectio*, frivol-is similiter. VITA Rigob. 23 capit. (MGMer. VII p. 61,3) quia, si quis aliquando -us (23 [p. 75,9] ex -is) . . . ad tumulum eius . . . accesserit, mox remedium perceperit. MIRAC. Bonon. 6 (MGScript. XXX p. 1031,16) quae *(mater)* cum esset -etica. GESTA Lob. 2 p. 309,33 fuere, qui dixerint -eticos ad eius *(Herigeri)* tumulum sanatos. *al.*

frigorosus, -a, -um. *algore laborans – unter der Kälte leidend, frierend (usu subst.: l. 19):* BERTH. chron. B a. 1077 p. 259,9 nudis pedibus, -us . . . foris extra castellum . . . hospitabatur *rex.* a. 1080 p. 379,1 locum *(sc. belli)* . . . deserentes *(sc. victores)* in quandam iuxta villam, ubi -i calefierent . . ., ad horam divertebant.

frigura *v.* frigora.

frigus, -oris *n. (?f.: l.45) vel* **frigor,** -oris *m.* *script.* fricus: *l. 53.* **1** *status frigidus, frigiditas – kalter Zustand, Kälte, das Kalte (saepius plur. sensu collectivo, e. g. l.47.55.57):* **a** *proprie:* **α** *in univ.:* AETHICUS p. 92,1 occidua parte *(sc. inferni)* . . . -us ac stridor dentium (*cf. Vulg. Matth. 8,12* fletus). VITA Desid. Cad. 16 p. 575,9 non ibi *(sc. in oraculo)* . . . ventus -em (fragorem *var. l.*), non gelus infert rigorem. CONC. Karol. A 24[A],20 propter -em religiosus sacerdos utatur *(sc. cuculla).* ALFAN. premn. phys. 5,6 p. 63 neque . . . albedo adiuncta corpori dealbat illud per totum, ut calor calefacit et -us (*PG 40,616[A]* τὸ ψυχρόν) infrigdat. CONSTANT. AFRIC. coit. 7,2 quod calor sit causa masculinitatis et -us (frigdor *var. l.*) feminitatis. *saepe. de morte:* ALDH. virg. II 1967 quae *(membra)* mulcata prius torpebant -e leti. **β** *algor – das Frieren:* WALAHFR. carm. 75,4,1 -us invadit grave nuditatem. RIMB. Anscar. 42 p. 78,17 in -e et nuditate. LIBER ordin. Rhenaug. p. 248,8 postquam fratres . . . simul exeunt, preter . . . quos -us tenet, se calefacere revertuntur in chorum. *al.* -us habere *i. q. algere – frieren, 'kalt haben' (sed cf. l.72.p.498,2):* WILH. HIRS. const. 1,70 p. 999[A] eam *(cucullam)* exutam . . . complicat *monachus* et ad caput ponit vel, si tale -us habet, super se extendit. CONSUET. Marb. 230 ubi se, qui -us habent, calefaciant. **γ** *de climate, tempestate (hiberna):* VITA Lamb. Traiect. 6 (MGMer. VI p. 359,4) erat . . . media hyeme ⌞nimia -e⌟ (nimio -e, nimius rigor *var. l.*) vehementissimusque algor. ALCUIN. epist. 186 p. 311,33 Alpina -a. ENGELM. carm. 1,68 (MGPoet. III p. 57) perpetuo -e Sarmatico. BERTH. chron. B a. 1076 p. 252,6 nimio . . . -is congelamento. COSMAS chron. 3,26 grande inhorruerat -us (*sim.* 3,61). CHRON. Reinh. a. 1210 tantam intemperanciam -is . . . non fuisse (*item* CHRON. Erf. mod. II a. 1210). *persaepe. significatur tempus anni:* ALCUIN. epist. 154 ante hibernale -us (-cus *var. l.*) regi obviam properare curabo. **b** *in imag. vel alleg. (fere c. gen. explicativo):* WALAHFR. (?) carm. 50,1,26 nostra Thalia . . . -bus . . . riget. GODESC. SAXO theol. 22 p. 307,2 peccavit *homo* et a sole iustitiae in -us est lapsus iniquitatis (*sim.* CARM. de nat. animal. 1570 scelerum . . . -a sive gelu). OTLOH. prov. A 21 ardentes diaboli sagittae . . . vigiliarum -e sunt restinguendae. ALBERT. M. nat. bon. 8 p. 4,76 quorum *(vitiorum)* unum mensuram propriam operis non permittit attingere, et est -us pigritiae. **2** *perfrictio, febris (frigida) – Erkältung, (kaltes) Fieber:* AURELIUS praef. p. 485,9 peripsyxis: -r (frigdor GLOSS. med. p. 55,16). RECEPT. Lauresh. 2,227 pulvis . . . ad tipicas febres, quas vulgo vocant -es. BOTAN. Sangall. 41,3 herba tutemelo . . . dabis ei *(aegroto)* bibere, -es discutit. EKKEH. IV. pict. Sangall. 44 Arbonę tectis . . . -bus (gloss.: febribus) pigrum (gloss.: infirmum) vetus hospes colligit egrum. NORB. IBURG. Benn. 25 -us ex pluvia . . . inter equitandum collegisse se credidit. *v. et p.492,7.496,56. de horrore febricitantium ('Fieberschauer', 'Schüttelfrost'; sed cf. l.42.43):* YSENGRIMUS 4,363 aut habet aut fingit *episcopus* quintanę -a febris. WALTH. AGIL. med. 111 p. 198,39 cuius *(febris cottidianae)* accidentia sunt hec: quia . . . nec rigorem nec tremorem nec -us habet *aegrotus* nisi a principio egritudinis.

friguttio (-utio), -ire. *suspirare, murmurari – ächzen, seufzen, murren:* RATHER. prael. 5,19 l. 599 cum vidisset *presbyter* episcopum suum . . . ad tabulas ludentem, subsannatus movit -utiens caput.

[fringa *v.* *friscinga.**]** **fring(i)** *v.* frango.

fringillio *v.* fringulio.

fringillus (frig-, -gel-, -gui-), -i *m.* *carduelis – Fink:* CARM. didasc. 575 cum laro ciris, cum -ello (frigello *var. l.*) garamantis. HILDEG. phys. 6,51 vynco (frigellus *ed. princ.*) calidus est et de viriditate terrae herbarum pascua quaerit. CARM. Bur. 133,8 volucres celi referam sermone fideli: . . . noctua, -ellus (frigellus *var. l.;* gloss.: vinch) seu nycticorax. THADD. FLORENT. cons. 49 p. 117,30 volatilium convenientia *(sc. esui)* sunt: . . . passeres, -uilli, cardelli (*sim.* REGIMEN san. Salern. 83 frigellus).

fringulio (frig-, -gillio, -gyllio, -gio, -uio), -ire. *coniug. I.: l. 23. de voce graculorum sim. i. q. garrire, crocire – plappern, krächzen (loci spectant ad Suet. frg. p. 252):* ALDH. ad Acirc. 131 p. 180,7 galvae -illiunt (-ylliunt *var. l.*). CARM. de philom. 28 -it (-at, -igulat, -uit, stringulat *sim. var. l.*) . . . graculus. CARM. Bur. 132,2[b],12 graculus fringit.

frio, -are. *(in frustula) frangere – zerbröckeln:* ALDH. carm. eccl. 4,3,11 illius *(Andreae)* eloquio quae *(oppida)* fana profana -bant credula pandentes regi praecordia Christo. virg. I 23 p. 254,17 quae *(gemmarum fragmina)* decepta germanorum simplicitas . . . in frusta -bat (fricabat *var. l.*). II 1541 sic sator arcitenens dissolvit competa clausa . . . idola fracta -ans (frigans, fricans *var. l.*).

***frisatus,** -a, -um. (*frisum, phrygius; *cf. francog. vet.* fresé; *v. Wartburg, Frz. etym. Wb. VIII. p. 402[a])* *acu pictus, (filis aureis) intextus – bestickt, (gold)durchwirkt:* LEO MARS. chron. 3,31 p. 403,14 (add. C) pannum diarodanum -um cum auro. ANNAL. Ceccan. a. 1196 (MGScript. XIX p. 294, 12sqq.) cardinalis obtulit . . . bonum amictum -um, bonum camisium -um, bonum cingulum -um . . . et planetam -am cum tali friso, quod . . . cardinalis emerat in Colonia. ACTA imp. Winkelm. I 670 casula de sammito rubro subtili auro -a. *cf.* *frigiatus.

***friscatula,** -ae *f.* (*cf. ital. merid. dial.* friscatula; *v. G. Rohlfs, Dizionario dialettale delle Tre Calabrie. I. 1932. p. 312[b] s. v.* frascatula) *puls – Brei:* BERNH. PROV. comm. 7,2 p. 295,22 frumentum coctum, -e de pasta fermentata residua . . ., hec possunt dari in omnibus causis.

***friscinga** (fersi-, fres-, frus-, -sgi-, -ski-, -si-, -issi-, -ixi-, -schi-, -scki-, -cenga, -gia, -gua), -ae *f. (?m.: l. 67) vel rarius* ***friscingus** (vers-, frussi-, fruschi-, -sgi- *sim.*), -i *m.* (*theod. vet.* frisking) *script.:* ferxente: REGISTR. Trident. I 132 *(de re v. ed. p. 148).* früschli- (früschi- *B*): EPIST. pont. Rom. 168 p. 328,16 (spur.). fruitschi-: FUND. Mur. 14 p. 43,6. *?*fringa: TRAD. Patav. 75. *?neutr.* -um, -i: *l.64.*

pullus (porcinus, ovinus) – Jungtier (vom Schwein, vom Schaf), 'Frischling': CAPIT. reg. Franc. 189 ut unusquisque *(missorum)* accipiat . . . -kingas (-kingias, -xingas, -singas *sim. var. l.*) duas. CHART. Sangall. A 336 duos -gingos. CAPIT. reg. Franc. 255,4 fresch-am (-hingam *var. l.*). REGISTR. Raet. Cur. p. 380,19 -gingas. DIPL. Karoli III. 125 p. 201,11 -a (fru- *cod.*). CHART. Turic. 160 p. 73,1 fruss-um. TRAD. Weiss. app. I 3 -xingum. CHART. Laus. 50 p. 95,27 frescengas berbicinas. DIPL. Otton. I. 105 p. 189,32 friss-os. CHART. Turic. 207 duos -hingos. DIPL. Heinr. IV. 280 p. 360,43 (spur.) -kingum. TRAD. Patav. 291 -ckinge. VITA Meinw. 43 victimas (id est -kinga *suprascr.*). CHART. Aquens. 47 l. 6 friss-ias ovinas. REGISTR. Trident. I app. p. 138,7 fersinge. CHART. Westph. VII 1315 versg-os. REGISTR. Baiuv. A p. 135,17 duo ovini -hinge. *persaepe.*

1. *friscus (fres-, -chus), -a, -um. (*theod. vet.* frisk) *usu subst.: p.499,2.3.* *novus, recens – neu, 'frisch':* MOSES PANORM. infirm. 15 da ei *(equo)* comedere de feno -ho. 18 p. 117, 18 accipe farinam de semine lini et de grascia -a sine sale. *al.*

[Mandrin]

REGIMEN san. Salern. 37 haec quinque probantur in illis *(vinis)*: fortia, . . . frigida, -a. ALBERT. MIL. temp. 220,5 p. 476,4 de pane recenti . . . et de carne frescha. de -o *i. q. nuper – neulich, vor kurzem:* GUIC. (?) bers. 4 ubi cervi perrexerint de veteri et non de -o, sed tracia eorum sit vetus.

2. friscus *v.* 1. frigo.

***friseus,** -a, -um. (*frisum, phrygius) *acu pictus, (filis aureis) intextus – bestickt, (gold)durchwirkt:* LEO MARS. chron. 3,31 optulit *imperatrix* . . . albam a scapulis et capite ac manibus friso decenter ornatam, a pedibus vero -a nichilominus lista mensuram ferme cubiti in latitudine habens circumdatam.

frisging- *v.* *friscinga. **[frisgone** *v.* briscone.]

frising-, frisking-, frissing- *v.* *friscinga.

***frisum** (fresum), -i *n.* (φρύξ, phrygius; *cf. francog. vet.* freis *et ital.* fregio; *v. Wartburg, Frz. etym. Wb. VIII. p. 401sqq.) de margine vestium i. q. clavus (acu pictus, [filis aureis] intextus) – (bestickte, [gold]durchwirkte) Borte, Gewandbesatz:* CATAL. thes. Germ. 82,29 (a. 870) pallium I cum -o et margaritis. LEO MARS. chron. 2,63 p. 291,1 coopertorium purpureum . . . aureo -o ad mensuram palmi in circuitu . . . adornatum. *al.* HERACLIUS II 51 si aurifex pannis tostilibus adustis ex -o in rudi vase fictili solidari pulverem voluerit. *v. et l. 10. p. 498,39. fort. add.:* LEX Frision. iud. Wul. 11 femine fresum facienti similiter *(sc. componatur, si vulnerata fuerit).*

***fritella** *v.* *frictel(l)a.

fritillus, -i *m. vel* **fritillum,** -i *n.* **1** *phimus – Würfelbecher:* ALDH. ad Acirc. 123 neutra *(sc. nomina)*, ut theatri, . . . tigilli, -i, sacelli. **2** *vox – Laut:* MILO Amand. II 3,325 quis docuit puerum . . . Hebraico sonitu ignotos proferre -os *(i. 'amen'; v. notam ed.)*?

fritinnio (fert-, fret-, -tendio, -inio), -ire. **1** *de sonitu cicadae i. q. canere – zirpen (loci spectant ad Suet. frg. p. 254):* ALDH. ad Acirc. 131 p. 180,3 cicadae fre-unt (fer- *var. l.*). CARM. de philom. 35 rauca cicada -init (stringit *var. l.*). CARM. Bur. 132,2[b],16 cicada fretendit. **2** *de bigis sim. i. q. stridere – quietschen, ächzen:* YSENGRIMUS 4,355 trans Alpes biga -it.

***fritsalum,** -i *n. (cf. theod. vet.* fritschâl; *v. Lexer, Mittelhochdt. Handwb. III. p. 524) script. et form.:* vritschaletum: *l. 46.* fri(s)cali(um): *l. 42. species operis textilis magni pretii – eine Art kostbarer Stoff:* HERBORD. Ott. 1,36 p. 40,1 quicquid . . . fustani et purpure, brunati, -i (friscalii, fricalii *var. l.*) . . . seu alterius cuiuslibet optimi generis vel coloris pannorum coemere poteris *(sc. adiutor).* ALBERT. BEH. epist. 53 nobis . . . flavi panni . . . XII ulnas transmittatis *(sc. vicarius)* et vritschaleti *(fort. per contam. c.* scarletum; *v. notam ed.)* . . . similiter apportetis.

***frivolitas,** -atis *f.* (frivolus) **1** *vanitas – nichtiges Treiben:* MIRAC. Bert. praef. p. 509 quorum *(sc. factorum relatu dignorum)* e numerositate pauca ac, ne forte -is vel mendae notemur noxa, solum ea, quae ipsi vidimus . . ., subinferre satagimus *(sc. auctor).* **2** *de doctrina prava i. q. error, superstitio – Irr-, Aberglaube:* ALBERT. M. epist. Dion. 11 p. 551,52 ex 'diutina pertinacia -is (*PG 3,1119/1120[D] [ex translatione antiqua]* in errore)', id est, quia diu frivolis idolorum . . . cultibus pertinaciter inhaesisti *(sc. Apollophanius).*

frivoliticus *v.* frigoriticus.

***frivolosus,** -a, -um. (frivolus) *vanus, inanis – nichtig, sinnlos:* AETHICUS p. 136,3 tinea et formica Arabica ungulis ferreis rabie -a contorta subdole eradicaverunt intemerata saxa.

frivolus (fribo-, fribulus, -vulus), -a, -um. *script.:* fli-: *p. 500,37. adde* ANNAL. Ianuens. IV p. 17,16. friobul(us): *p. 500, 42.* frifo-: *p. 500,1.* fribl(us): *p. 500,39.*

I *adi.:* **A** *de hominibus:* **1** *iocans, lasciviens, nugax – scherzend, tändelnd:* WALAHFR. carm. 80,2,2 hunc librum exposuit Hrabanus iure sophista Strabus et imposuit -us hos titulos. **2** *protervus, insolens – vermessen, frech:* CARM. imag. 2,2,7 aedibus ex istis ferat hoc *(sc. libellum)* si -us (temerarius 1,6,8) hostis, ulcio divinae quod crimen vindicet irae. **B** *de rebus:* **1** *debilis – schwach:* WILH. SALIC. chirurg. 2,9 p. 333[C] si . . . infirmus debilis fuerit aut complexionis -ae. **2** *vilis, vanus, inanis – wertlos, eitel, nichtig:* **a** *in univ.:* ALDH. ad Acirc. 100,82 quae *(famina)* . . . non retur -a (-bula, -fola *var. l.*) lector. CAND. FULD. Eigil. I 6 p. 225,37 accusatorum nugas et -a vaniloquia audire. CHART. Bund. 466 p. 358,32 -am excusationem. BURCH. URSB. chron. p. 122,8 pro causis -is et falsis. GEBER. summ. 8 p. 272 argumentum, quod ars *(sc. alchimica)* sit -a, probativum. *persaepe.* **b** *falsus, veritate carens – unwahr, unzutreffend, falsch:* CIRCA INSTANS p. 10b[r] dicunt . . . quidam camphoram esse gummi, quod -um est. ALBERT. M. mot. proc. 2,11 p. 72,78 patet -am esse distinctionem, quam quidam dederunt dicentes *eqs.* metaph. 1,3,3 p. 32,66 hoc *(sc. dicta)* -um est, ut patet per antedicta. **c** *paganus, erroneus – heidnisch, irrig: v. p. 499,55.* **d** *cassus, irritus – ungültig (usu publ. et iur.):* CONST. imp. II 156 p. 193,28 (a. 1231/32) omnia privilegia . . . in irritum revocamus ac -a penitus et inania iudicamus. CHART. Eichsf. 414 ne . . . ista *(sc. decretum)* -a reddantur, sed rata conserventur. CHART. Bern. III 221 si aliqua *(sc. chartae)* postmodum ostenderentur . . ., illa dicit *Burkardus* . . . -a et quasi sine omni efficatia et vigore. *al.* **e** *inconsultus, temerarius – leichtsinnig, unverantwortlich:* OTTO FRISING. gest. 1,35 p. 54,25 ille *(abbas)* de tam grandi negotio ex propriae auctoritatis arbitrio responsum dare -um iudicans *eqs.* **f** *inconstans, fluxus – unbeständig, unzuverlässig:* CARM. Bur. 47,3,10 longus Cedar incola, surge, vide, ne de fide reproberis -a. **g** *mendosus, imperfectus – mit Makeln behaftet, unvollkommen:* CARM. Cantabr. A 48,1,2 o admirabile Veneris idolum *(i. puer)*, cuius materie nihil est -um. **h** *iocosus, lepidus – lustig, scherzhaft, nett:* COLUMB. epist. 10,148 tu modo, frater, . . . dactilicorum carmina linquens -bula (-a *var. l.*) nostra suscipe lętus. RAPULARIUS 1 fama fuisse duos testatur -a fratres, quos *eqs.*

II *subst.:* **A** *masc. i. q. impius – Gottloser, Frevler (ex ore iudicis pagani):* WALAHFR. Mamm. 23,16 saevior ille *(leo)* tuas *(sc. Mammetis)* discindet, -e, carnes. **B** *neutr.:* **1** *plur. i. quae vilia, vana, inania sunt – Wertloses, Eitles, Nichtiges:* IONAS BOB. Columb. 2,10 p. 251,19 -bola (-a *var. l.*) garrulanti *(sc. Agrestio)* Eusthasius . . . respondit: '*eqs.*' ALDH. virg. II 1861 cum virgo Dei sprevisset -bula (-a, fl-a, -bola, fibula *var. l.*) carnis. FORM. Sangall. 48,1 antistes Domini, cur sunt tibi -bola (-bla *var. l.*) cordi? LAMB. LEOD. Matth. I 2089 non piget . . . viros sanctos dare -a quedam. *saepius.* **2** *sing. i. q. mendum, vitium – Fehler, Makel:* ALDH. epist. 5 p. 493,3 pellaci falsitatis -bulo (-ulo, -obulo *var. l.*) neglecto *eqs.* (*sim.* ad Acirc. 113 p. 155,3).

adv. **frivole.** **1** *inconsulte – unüberlegt, ohne (guten) Grund:* HINCM. divort. 12 p. 189,8 in sacris . . . dypticis non -e (*antea:* inaniter) nomina fidelium . . . scribuntur. *usu iur. i. q. iniuste – zu Unrecht:* CHART. Aquens. 19 l. 28 (c. 1110) si frater Hezelo in sua excommunicatione, quam -e pretenditis *(sc. fratres)*, rebellis fuit. CHART. Sil. D III 251 ne . . . ordinationem coram nobis stabilitam contingat in posterum -e revocari. *al.* **2** *proterve, insolenter – vermessen, frech:* CHART. Zoll. II 87 p. 49,10 (a. 1259) si . . . malefactores . . . recedent emendam facere de perpetratis -e negantes.

? ***frius,** -i *m. (orig. inc., ni subest* *frondius; *v. Latinitatis Medii Aevi lexicon Bohemorum II. 1993. p. 766[a] s. v.) species avis, fort. i. q. Falco subbuteo – eine Vogelart, viell.: Baumfalk (cf. Grzimeks Tierleben VII. 1980. p. 414):* FRID. II. IMP. art. ven. 6 p. 245,9 ab omnibus *(sc. avibus)* cavendum est, que essent ei *(falconi)* impedimentum ad venandum ad riveram, precipue sicut sunt cornices, -i et similes.

frivulus *v.* frivolus. ***frixiatus** *v.* *frigiatus.

***frixinga, -us** *v.* *friscinga. **frixium** *v.* frigius.

frixo, -are. *frigere – rösten, braten:* HILDEG. phys. 1,68 p. 535,12 qui . . . de gutta . . . fatigatur, petrosilinum . . . in patella . . . -et. *in imag. de suppliciis gehennalibus:* BERTH. RATISB. serm. 17 p. 89,6 excoriati religiosi ut animalia coquuntur, . . . -antur.

frixorium, -i *n. vel* **frixoria** (-xuria), -ae *f. script.:* fuxar-: PETR. MUSAND. summ. p. 258,7. -xerio: *p. 501,3. confunditur c.* fixorius: *p. 501,13. patella (ad frigendum apta), sartago, craticula – (Brat-, Röst-)Pfanne, Rost:* **1** *proprie:* **a** *in univ.:* FRAGM. mul. II 52 facis cataplasma et calefacis ad

-uria. ANTIDOT. Glasg. p. 117,25 oleo, semen aneti . . . in -a mitte. CONSTANT. AFRIC. coit. 16,27 in -o stagnato. TRACT. de aegr. cur. p. 127,45 in patella, id est -erio. *al.* **b** *spectat ad salinas i. q. patella ad salsuginem in salem densandam – (Salz-)Pfanne:* TRAD. Frising. 682 (a. 846) Engilhart . . . curtem cum aedificiis cum loco et -a salis . . . tradidit. CHART. Carinth. III 1216 p. 456,35 (epist. papae) loca -orum. **2** *in imag. (c. gen. explicativo: l.15):* CHART. Mog. A II 573 p. 945, 19 (a. 1193) rex noster *(i. Richardus)* in -o est. ANNAL. Crem. a. 1185 (MGScript. XXXI p. 7,1) Crema . . ., non solum Cremonensium gremium *(i. cremium; v. notam ed.)*, sed alliorum etiam -um Longobardorum. SICARD. chron. a. 1098 cepit guerra de Crema, -um (fixorium *var. l.*) Cremonensium. CONR. EBERB. exord. 4,2 l. 38 qui *(monachus)* malorum suorum paenitudine in -o disciplinae . . . macerabatur. *al.* **3** *translate i. q. indignatio, ira – Ärger, Groll, Zorn:* PAUL. BERNR. Greg. 17 p. 480,10 zelotes Dei . . . -um cordis sui super illis, qui corrupti erant, dedignativo gestu significans ait . . .: *'eqs.'*

frixura (frictura), -ae *f.* *confunditur c.* fixura: *l.22.* *struct. c. gen. subi.: l.25.* *actio (con)frigendi – das Rösten, Braten:* **1** *proprie:* GESTA Lob. 18 p. 320,48 ovis ducentis quinquaginta, quae . . . debent *villici*, -am (fixuram *var. l.*) apponant. **2** *in imag. vel alleg.:* THIOFR. serm. Willibr. 8 (OrgVerChristlKunstLuxemb. 15. 1885. p. 88,15) oleo conspersam et in sartaginis -a confrixam similam in odorem suavissimum Domino optulit calidam *(cf. Vulg. lev. 6,15; 23,13). al.* **3** *meton.:* **a** *esca fricta – gebratene, geröstete Speise:* PETR. DAM. epist. 44 p. 15,10 quandam sibi -am quasi edulium praeparat *(sc. eremita). al.* IDUNG. PRUF. dial. 2,1091 tu *(sc. Cluniacensis)* ipse non ignoras . . . -as et cibos piperatos . . . nichil aliud esse quam gustus oblectamenta. GUIM. poss. (MGScript. XIII p. 711,38) ferculum piscium vel -arum. **b** *frixorium, craticula – Pfanne, Rost:* RECEPT. Sangall. I 125 stercus caprino . . . in -ctura cum oleo tepefacto super oculos imponis. HARIULF. Arnulf. 1,19 hora meridiana venit minister deferens piscem -a assatum. *al.*

frixus *v.* 1. frigo.

***froccus** (frocus, frochus), -i *m. vel semel (l.43)* ***frocca,** -ae *f.* *(francog. vet.* froc; *cf. Tobler-Lommatzsch, Altfrz. Wb. III. p. 2274sqq.)* *vestis suprema – Übergewand, 'Rock':* **a** *de vestimentis laicorum:* GERH. AUGUST. Udalr. 2,20 l. 34 praepositus . . . de froco (-cho *corr. E*) . . . matronae dalmaticam fieri fecit. TRAD. Brixin. 69 stipendii summa hec est: . . . in uno anno cappa, in altero -a. RITUALE Rhenaug. 121 exuendo -um dicit *abbas* ad singulos *(sc. novicios)*: *'eqs.'* CHRON. Sigeb. auct. a. 1107 (MGScript. VI p. 464,30) reicientes *fratres* a se, quicquid regule refragabatur, -os videlicet et pellicias. **b** *de vestimento monachorum ('Kutte'):* WILH. HIRS. const. 1,2 p. 933D cuculla et froco indutus *monachus*. IDUNG. PRUF. dial. 3,375 -os et staminia ex regula non habetis *(sc. Cluniacenses)*. WILH. ANDR. chron. 34 p. 698,19 conventus . . . viginti quatuor paria pelliciarum, -orum et cucullarum . . . monachis hic degentibus transmittere consueverant. *al.*

***frodannus** *v.* *forbannus.

? ***frodegius,** -a, -um. *(orig. inc., ni subest goth.* frôdei; *v. Graff, Sprachsch. III. p. 821)* *?prudens – ?klug:* VITA Desid. Cad. 5 rex -us *(deest 2. 3)*, pius et mansuetus Flotharius.

frodex *v.* frutex. ***frodum** *v.* 1. *fodrum.

***fromagium** *v.* *formaticus. **fromentus** *v.* frumentum.

***frona** *subst.* (*theod. vet.* frôno) *curtis dominica – Fronhof:* DIPL. Karoli M. 87 p. 126,32 tertia lemma . . . pervenit ad campum Dominicum, deinde . . . ad Putiolos . . ., deinde ad ⌞illa -a⌟ (illam -am *var. l.*), quae fuit Stephanone.

frondarium (frun-), -i *n.* (-us, -i *m.: l.70*) *(cf. ital.* frondaio; *v. Battaglia, Dizionario. VI. p. 380)* *locus arboribus herbisve consitus, virgultum – mit Gebüsch bewachsene Stelle, Buschwerk:* GREG. CAT. chron. I p. 220,19 terram modiorum XVII cum fru-o concessit *abbas* Sinderado. *pro nomine loci:* GREG. CAT. chron. I p. 310,3 recepit *abbas* in Fru-o modiorum trium *(sc. fundum)*. p. 319,28 pro rebus territorii Reatini, ubi dicitur F-us. *ibid. al.*

frondeo, -ere. *fronde, foliis pollere, virere – laubreich sein, (üppiges) Laub tragen, 'grünen':* ALBERT. M. epist. Dion. 7 p. 508,15 'in ipso *(vere)* . . . est principium -endi arbores' *(ex Avic. canon. 1,2,3 p. 28rb)*.

adi. **frondens,** -entis. *frondeus, virens, vigens – belaubt, grünend, in voller Kraft:* WALAHFR. hort. 189 coquens *(sc. patiens)* -is amaram absinthi silvam. WANDALB. creat. mund. 185 paradisum -em . . . creator . . . fructu impleverat. *al.*

frondesco, -ui, -ere. *folia producere, germinare – Blätter hervorbringen, sprießen:* **1** *proprie:* ALDH. ad Acirc. 14,4 madidis mundum faciam *(sc. nubes)* -ere guttis. RHYTHM. 150, 39,3 tu *(sc. Christus)* hanc virgam . . . praesta revirescere foliisque dilatatis floridam -ere. PASS. Colom. 3 torta, in qua pendebat, -uit (floruit *var. l.*). ALBERT. M. veget. 1,51 quando multo tempore -uerit et fructicaverit *planta eqs. al.* **2** *in imag. vel alleg.:* ALDH. virg. I 32 p. 272,16 ubi fides catholica fructiferis palmitibus -it. EPIST. divort. Loth. 2 p. 211,22 vitiorum germina . . . quasi redivivis radicibus . . . -unt in frutice. **3** *translate i. q. vigere – stark sein:* CAES. HEIST. comm. 110 que *(Maria)* . . . -uit in virtutum dilatacione.

frondeus, -a, -um. *script.* -dia: *l.30.32.* *superl.* -dissim(us): *l.22.24.* **1** *adi.:* **a** *fronde, foliis pollens – laubreich, üppig (belaubt):* RHYTHM. 149,243 stabat *arbor* . . . mediis sublimis -a in arvis. CHRON. Ven. Alt. p. 60,19 ego *(sc. puer)* vidi -dissimis vineis totum plenum. *al.* *in nomine loci:* DIPL. Otton. I. 318 p. 433,28 sub Quercu F-dissimo (fronissima *var. l.*) mansos quinque, in Hunsa mansum unum . . . donavimus. **b** *fronde, foliis factus, (con)sertus – aus Laub gemacht, geflochten:* RUD. TRUD. gest. 1,10 p. 234,13 in papilionibus tabernaculisque -is cortinatisque habitantes *peregrini*. **2** *subst. neutr. plur.:* **a** *frons, folia – Laub, Blätter:* RECEPT. Lauresh. 5,1, 36 p. 346 cytri -ia. RHYTHM. 81,41,1 cedrorum -ia. **b** *arbor (frondens) – (Laub-)Baum:* RHYTHM. 81,11,2 fons . . . inrigans . . . paradisi -ia.

frondicomus, -a, -um. *frondem habens, fronde abundans – belaubt, laubreich:* IOSEPH. SCOT. carm. 6,35 (MGPoet. I p. 158) -o tulerat primum te *(sc. crucem)* viscere sacro frugifero cispes *(i. caespes)*. MILO Amand. II 4,273 -ae . . . deae *(i. arbori)* se deservisse renarrans *mulier*.

frondifer, -era, -erum. *frondem habens, (fronde) abundans – belaubt, laubreich, üppig:* VITA Leod. prol. 22 (MG Poet. III p. 5) si magnarum cedrorum carpere poma tardus non valeo *(sc. auctor)* vortice -o . . ., est satis umbriferis me recubare locis. UNIBOS 17,2 intrat lucum -um. ARABS 117 (MittellatJb. 33,2. 1998. p. 76) -am . . . comam carmen simulare putares, dum sonat a zephiri flamine tacta levi. *fronde factus, (con)sertus – aus Laub gemacht, geflochten: v. l.53.*

frondifluus, -a, -um. *cuius folia cadunt, frondem mittens – dessen Laub abfällt, das Laub verlierend:* RUP. TUIT. trin. 1,40 cum ab hac regione habitabili paulo longius abest *sol*, nulli . . . herbarum semini tellus idonea est; pigrescunt arva, . . . -a moriuntur nemora.

***frondiger,** -era, -erum. (1. frons *et* gerere) *fronde factus, (con)sertus, tectus – aus Laub gemacht, mit Laub gedeckt, Laub-:* ALDH. ad Acirc. 102,6 -is (frondiferis *var. l.*) tegitur bellantum turma coronis *(sc. palmae arboris)*. ERMOLD. Ludow. 3,370 vos *(sc. famuli)* servate . . . vestras -as . . . casas.

frondissimus *v.* frondeus.

***frondivagus,** -a, -um. (1. frons *et* vagus; *per analogiam ad* fluctivagus *sim. formatum*) *frondem habens, fronde abundans – belaubt, laubreich:* ABBO SANGERM. bell. 1,376 corripiunt *Normanni* ternas . . . kimbas (gloss.: naves) satis altas -is equidem silvis gravidare flagrantes (gloss.: cupientes).

frondositas, -atis *f.* *copia frondis, foliorum – Laubfülle:* ALBERT. M. veget. 6,138 multa -e viret *myrtus*.

frondosus, -a, -um. *gen. pl.* -um: *l.66.* **1** *adi. i. q. fronde, foliis pollens – laubreich, üppig (belaubt):* HUGEB. Willib. praef. p. 86,35 ex multis ⌞-um frugiferumque arborum⌟ (-is frugiferisque arboribus *var. l.*). CARM. Cantabr. A 10,12,1 ad -a . . . umbracula. HIST. peregr. p. 134,4 in summitate arboris . . . inter -os ramos. *saepius.* **2** *subst. neutr. plur. i. q. virgultum – Gebüsch:* METELL. buc. 3,75 fugit *Eva* in -a.

fronesis *v.* phronesis. ***fronestarius** *v.* *phronestarius.

[**frongia** *v.* spongius: MAPPAE CLAVIC. 254 calcem . . . albo

saxo duro, . . . fluviali ⌞quoque remus⌟ (coquemus *Pallad. 1,10, 3*) aut rubro aut -a (spongea *Pallad.*).]

[**fronite** *v.* promptus: BENED. ANDR. chron. p. 67,6 Langobardi furore accensi . . . promte *(ci. Bluhme,* -e *cod.)* unoque animo Astulpho petierunt, ut *eqs.*]

1. frons (fruns), frondis *f. form. abl. pl.:* -is: *l.21.* ?-us: *l. 12. confunditur c.* 2. frons: *l.9.16. folia – Blätter, Laub:* **1** *usu sing. sensu collectivo:* **a** *proprie:* ALDH. ad Acirc. 105,1 sambucus, . . . dum -e (fronte *var. l.*) virescit, est mihi *(sc. ebulo)* par foliis. ANTIDOT. Lond. p. 19,15 -e de apii viride trita in mortareo. TRACT. de caus. mul. 21 oportit fomentare *(sc. matricem)* ex murta et frundus *(ni leg.* frundiis; -bus *var. l.)* vite. *al.* **b** *meton. i. q. coronae, serta – Laubkränze, -girlanden:* AEDILV. carm. 14,7 porticus in medio *(sc. aulae)*, sancti quam -e coronant. WANDALB. martyr. 309 Iunius . . . templa quibus *(martyribus)* festa velet de -e (fronte *var. l.*), canemus *(cf. Verg. Aen. 2,249).* **2** *usu plur.:* **a** *proprie:* WALAHFR. hort. 193 postquam ablueris . . . capillos, devinctas -es (gloss.: folia) super imposuisse memento. ANTIDOT. Sangall. p. 87,3 folia lauri . . ., frundes cupressi . . . libram I. CARM. Cantabr. A 23,3,1 hic leta sedit philomela -is. *al.* **b** *meton. i. q. arbores, virgulta – (Laub-)Bäume, Gebüsch:* AETHICUS p. 193,10 terra -bus aptissimis fecunda. GERH. AUGUST. Udalr. 1,4 l. 42 ramos palmarum diversarumque -ium benedicebat. CHART. Dortm. 126 p. 61,36 bona . . . cum . . . terris cultis et incultis tam in cespitibus quam in -bus . . . possidenda *(sim.* CHART. Westph. VII suppl. 1351[a]. *al.).* *Mandrin*

2. frons, frontis *f. vel rarius m. form.: acc. sg.* -um: BOTAN. Sangall. 36,6. *acc. pl.* -tus: *p.505,11. acc. pro abl.: p. 505,11.*

I *de anim. i. q. superior pars oris,* μέτωπον – *Stirn:* **A** *proprie:* **1** *gener. (de figura ludi scaccorum: l.37):* **a** *strictius:* **α** *in univ.:* IONAS BOB. Columb. 1,15[capit.] de . . . Winioci -e sanato (sanata *var. l.*). CONVERS. Afrae 3 signabant *christiani* -es suos (suas *var. l.*) signo crucis. THEGAN. Ludow. 19 p. 202, 3 flexis genibus -e tetigit pavimentum. CARM. Bur. 210,15,1 alficus trivius cornuta -e (*i.* mitra episcopi) timendus *eqs. (cf. notam ed.). persaepe. adde:* LAMB. HERSF. Lull. 14 p. 325, 11 qui *(abbas)* . . . eius *(archiepiscopi)* . . . tumidos spiritus . . . opposita, ut dici solet, -e refringeret. THEOD. THEOL. Conr. 8 p. 219[a],47 det certe -em, qui vult, in parietem, quia *eqs.* **β** *spectat ad oculorum sedem (lumen: l.44.46):* WALAHFR. Wett. 209 -is latuere fenestrae. OLBERT. Veron. 6 tumulum eius caecata feriunt *(sc. mulieres caecae)* -e. 12 ab exstincta -e largos lacrymarum emittit *mulier caeca* fontes. LAMB. TUIT. Herib. 2,14 p. 235,3 instaurata -e videt puer *(sc. caecus)* se videntes. 2,40 illustratam per Heribertum recepit *mulier caeca* -em et faciem. *al.* **b** *latius:* **α** *facies – Gesicht:* FORM. Senon. II add. 5,5 cauta (*i.* caudam) proferit *vulpes*, iam non -e *(cf. comm. p. 217).* UFFING. Ida 1,1 filia . . . venusta -e et egregia forma. WALTH. SPIR. Christoph. II 1,153 quę *(puella)* ad sotiam conversa -e sequentem inquit: *'eqs.' al.* **β** *vultus – Miene:* WALTH. SPIR. Christoph. I 16 p. 74,13 turbata . . . -e. DIPL. Otton. III. 235 p. 651,25 grata et hilari -e. *al.* **γ** *habitus, persona – Erscheinung, Persönlichkeit:* GOZECH. Alban. p. 159, 53 plurimis magnificis notarum -ium viris. epist. 20,446 Augustinum, Ambrosium, Athanasium innumerosque notae -is patres. **δ** *caput – Kopf:* EGBERT. fec. rat. 1,311 commendo calvum, non tota -e glabellum (schol.: in toto capite depilatum). **2** *anat. (de osse: l.62.65.66):* CONSTANT. AFRIC. theor. 2,3 p. 5b[v] in prora capitis est quoddam os solo coronato differens a craneo et hoc vocatur -s. URSO anat. 89 quos *(oculos)* defendit ab exterioribus palpebra, cilia, supercilia, os -is et os genae inferioris. ALBERT. M. animal. 1,117 pars . . . superior istius *(sc. testae)*, quae interiacet sinciputi et occulis, -s vocatur. WILH. SALIC. chirurg. 4,1 p. 16,18 primum . . . os capitis est -s sive os -is. **B** *in imag.:* **1** *in univ.:* CARM. var. II 13,38 noxia quos *(labores)* misit spinosa -e senectus. WALTH. SPIR. Christoph. II 1,141 iam ⌞cornuta⌟ surgens ad sidera ⌞-e⌟ *(i. dilemmate)* causarum rivos patulo profudit *Rhetorica* ab ore. **2** *spectat ad signum pudoris:* GODESC. SAXO conf. p. 73,11 si attrita -e ac sine ullo permanentes pudore in falsitate malunt *(sc. procaces sim.)* persistere. MANEG. c. Wolfh. 23 p. 103,8 nullus vestrum *(sc. lectorum)* . . . adeo attritę -is erit, ut *eqs.* **C** *meton.:* **1** *visus – Blick:* DIPL. Otton. III. 222 p. 635,31 ut . . . hoc iniuste factum . . . preceptum deposita -e verecunde taceret *episcopus* silentio. CHART. Carinth. V 453 que *(sc. petias terrae)* Martinus cepit de -bus autorum atque virum de terra fragendo . . . et sic corporalem possessionem accepit. **2** *de animo, affectu fronte indicato:* **a** *pudor, verecundia – Scham(gefühl), Ehrgefühl:* EGBERT. fec. rat. 1,721 has epulas lupus inreverens sine -e petivit *(cf. notam ed.).* ARCHIPOETA 3,22 in tali veste *(sc. tegmine macro)* non sto sine -e penes te *(sc. electum sacrum).* ALBERT. M. eth. I 145 p. 130,11 'qui' nihil 'vel' parum 'verecundatur', dicitur 'inverecundus', quia abicit -em. **b** *impudentia, insolentia – Unverschämtheit, Frechheit, 'Stirn':* CAPIT. episc. III p. 29,4 qua . . . -e quave consciencia sacerdos nominari se fatetur, quem Dominus . . . nescire se dixit? IDUNG. PRUF. dial. 1,68 non possum *(sc. Cluniacensis)* satis mirari, qua -e tam impudenter . . . patrum traditiones . . . reprehendas *(sc. Cisterciensis).* OTTO FRISING. gest. 1,60 p. 86,4 qua -e, quo ausu cercivem contra Romanae sedis primatum . . . erexit *abbas*? *al.* **c** *audacia – Kühnheit, Wagemut:* DONIZO Mathild. 2,778 rex . . ., quid faciat, nescit nec nocte dieque quiescit -e carens. **D** *translate de sideribus:* WANDALB. mens. 110 inflexo . . . genu scandentis in aethera Tauri -em Maiades septenis ignibus aurant. GERB. (?) astrolab. 17 p. 137,16 in Leone duae *(sc. stellae sunt)*: Aldiraan, id est -s ::, illa scilicet est minor et inferior, et Calbalazeda, id est cor, superior et lucida. *al.*

II *de rebus:* **A** *de parte exteriore:* **1** *proprie i. q. margo, finis – Rand, Ende:* ALDH. ad Acirc. 63,3 lacrimae stillant de -bus *(sc. candelae)* udae. *in descriptione terminorum:* CHART. Bund. 501 p. 14,23sqq. (a. 1203) designaverunt *(sc. communes)* primum terminum in summa inferiori -e de aqua de Rebilitio, ubi cadit aqua de -e . . .; secundum terminum est ad lapidem culminatam, que est super -em in ima Valdona; tercium terminum est in sequenti -e, que sequitur per lapidem culminatam *eqs.* **2** *translate i. q. species – (äußerer) Schein, Anschein:* UFFING. Ida 2,5 p. 485,14 ab omni indagationis calculo in prima admirationis -e resiliunt *magnalia Dei.* THEOD. TREV. sermo de Celso 6 qua -e cadere potest, quem omnia continens continet Deus? OTTO FRISING. chron. 3 prol. p. 130,30 in prima -e non inconvenienter queri potest, cur *eqs.* RAHEW. gest. 4,18 p. 257,22 litteras in -e quidem leniores, diligentius vero consideratae acriori commonitione plenas . . . dirigit *(sc. papa).* **B** *de parte anteriore, ad spectantem versa:* **1** *pars antica, adversa, latus anterius – vorderer Rand, Teil, dem Betrachter zugewandte Seite, Stirn-, Breit-, Vorderseite:* **a** *gener.:* **α** *in univ. (abund.: l.51; alleg.: l.48):* ALLEG. cam. 7 latera eius *(camerae)* sunt concordia et pax; -es ipsius sunt iustitia et veritas. GERB. (?) astrolab. 2,5 -s eius *(sc. astrolabii)* parvo terebratur foramine. THEOPH. sched. 2,1 p. 38,4 fac foramen in utroque -e *(sc. furni)* latitudinis. GESTA Trud. cont. II 4,5 p. 353,31 -i . . . volae maiestatis effigiem ex albo lapide sculptam indidit *abbas. saepe. meton. de decore:* RUD. TRUD. gest. 1,12 p. 235,16 distraxit *abbas* . . . -em auream de feretro sancti Trudonis. **β** *de muro aedificii anteriore ('Fassade'):* BRUNO QUERF. Adalb. A 5 ad -em scolę hospes processit, ianuas timoris intrat. CHART. scrin. Col. A I 7 p. 36,23 murus dividens in -e (gloss.: givel) domum Udelrici . . . et domum Cunizę. CHART. Rhen. inf. I 474 p. 334,25 -es . . . domorum . . . et alia . . . ędificia forum respicientia. *al.* *in imag.:* WALTH. SPIR. Christoph. II 1,24 in -e octonas prętendit *aula Romana (i. grammatica)* lauta coronas *(i. octo partes orationis).* **γ** *acumen – Spitze:* CARM. cod. Vat. (5530) 14,4 lignum si ligni -e teratur, igniculus surgit medius. VITA Winn. 13 (MG Script. XV p. 776,24) a -e cambutae particula auri cum reliquiis cecidit. **δ** *margo silvae – Waldrand:* IOH. METT. Ioh. 107 ad silvam usque procedunt *(sc. Iohannes sociique)*; -e captato . . . ac . . . saltu transmisso . . . descendunt. **ε** *ripa – Ufer:* LAMB. LEOD. Matth. I 546 que *(sc. molendina)* plurima -e Mosella sustinet equorea. **ζ** *prora – Bug:* CARM. Cantabr. A 14,3[c],8 (add. C) maria rimabar *(sc. uxor)* mesta, si . . . -em navis conspicerem. **b** *geom.:* ANON. geom. I 4,31 campus fastigiosus,

qui habet in unoquoque latere perticas C, in quacunque -e L *eqs.* 4,33 in campo triangulo, qui habet in uno latere perticas XXX, in alio totidem, in -e vero XVIII *eqs. ibid. al.* **c** *publ. et iur. (in terminorum descriptione):* TRAD. Weiss. 44 (a. 702) constat me tibi vendidisse . . . pratam . . ., quae contingit ipsam pratam et fines et consortis de uno latere et duos -es fluvius Matra et de alio latere ratio ipsius emptoris. CHART. Alsat. B 236 p. 145,31sq. in uno latere et in una -e habet ipse Uuilliarius et in alio latere habet Theutarius . . . et in alia -e est forestis sancti Leodegarii. FORM. Senon. I 41 p. 203,31 subiungit de ambobus -us . . . terra illius (*sim.* p. 203,34 de . . . ambobus -es). DIPL. Loth. I. 88 p. 213,22 qui *(mansus)* terminatur ab utrisque lateribus a pervio publico et ⌞a -bus⌟ (afrintibus *H*) ex mansis sancti Apri. *saepe.* **2** *locus (primus, princeps) – (vorderster) Platz, (erste) Stelle:* **a** *in univ.:* WALAHFR. Wett. 254 prima sancti patriarchae -e statuti, inde prophetarum collectio sancta priorum *eqs.* WANDALB. martyr. 709 Caesarius prima designat -e Novembrem. HELM. chron. 3 p. 9,26 Karolus . . . in -e statuendus eorum, qui pro Deo in partibus aquilonis laboraverunt. *ibid. al.* **b** prima -s *i. q. acies prima, adversa, ordo primus – vorderste Linie, 'Front':* ANNAL. Fuld. II a. 876 p. 88,26 qui *(Saxones)* in prima -e contra hostes positi erant. WIDUK. gest. 1,36 p. 53,2 in prima . . . -e legatus in barbaros inpetum faciens *eqs.* THANGM. Bernw. 24 signifer ipse cum sancta hasta in prima -e aciei egredi parat. *al.* **3** *initium, principium – Anfang, Beginn:* **a** *de littera prima (in loco obscuro: l.27):* WALAHFR. (?) carm. 50,2,8 cuius *(nominis Walahfridi)* -s quinis (binis *ci. Grimm, fort. recte*) deciesque recognita quinis dat lateri triadem decadem ter denaque signa *eqs.* BURCH. Iud. 273 -es primorum iungantur versiculorum, sic declaratus nomine fictor erit. **b** *de initio textus:* HRABAN. epist. 10 p. 396,17 ad quod *(sc. ut libros Mosaicae legis exponerem)* in -e operis statim respondi. HUMB. WIRZ. epist. (MGEpist. V p. 439,21) legi litteras tuas . . ., quas . . . scripsisti in -e libri, quem . . . composuisti. REGINO chron. praef. p. 2,3 in prima -e libelli annotari *(sc. praefatiunculam).* RATHER. fragm. 1 (DtArch. 46. 1990. p. 58) prologi. *al.* *?de titulis capitulorum:* CARM. var. I 35,16 limina designant, resonat quid pagina quaeque, ac passim -es insinuant sibimet *(cf. B. Munk Olsen, L'étude des auteurs classiques latins aux XIe et XIIe siècles. I. 1982. p. 300sq.).* **c** *de parte prima regionis:* THIETM. chron. 6,57 p. 344,14 ad Luzici pagum, in cuius -e urbs quaedam Iarina stat. **d** *de tempore:* HROTSV. Agn. 372 precis. THANGM. Bernw. 22 p. 768,41 in -e . . . actionis post evangelia lecta . . . cum consedissent *(sc. synodus) eqs.* METELL. exp. Hieros. 5,478 discedunt cunei, redeunt in -e diei alterius. **C** *de aliqua parte i. q. latus – Seite:* ALBERT. AQUENS. 1,19 p. 38,27 Solimannus . . . silvam ex -e altera intraverat. **b** *clivus (arduus), (montis) fastigium, culmen – (Steil-)Hang, (Berg-)Flanke, Gipfel, Anhöhe:* EPIST. pont. Rom. 454 p. 864,18 (a. 1011) a meridiano -e montis Canigonis descsendit *(sc. terminus).* EKKEH. IV. pict. Mog. 146 cum puero montis -em petit *Abraham.* bened. I 37,29 -e tui *(sc. Michaelis)* montis populi cape vota precantis.

III *locut. sensu adv. et praep.:* **A** *de loco:* **1** in (prima) -e, *dat.* -i: **a** ἔμπροσθεν, *in primo loco – vorne, zuvorderst:* CAND. FULD. Eigil. II 17,95 feretrum loculi . . . in prima -e gerentes . . . Haistolfus et Aigil. WANDALB. horol. 10 quas horas sibi quae iungant in -e, videto. EPIST. Worm. I 30 p. 55,2 (vs.) virgo *(i. Philologia)* . . . -i suscepit Amorem *(cf. notam ed.).* **b** *c. gen. i. q. ante – vor:* AGIUS comput. 4,13 lunaris cyclus situs est in -e prioris. CHART. Naumb. I 271 p. 255,4 quod *(forestum)* in -e civitatis situm est. **2** summa in -e *i. q. in parte superiore, in summo – oben, zuoberst:* AGIUS comput. 6,3 eius *(paginae)* circuitus concurrentes feriasque summa coniunctim positas in -e retentat *eqs.* **3** a -e *i. q. ex adverso – von vorne:* WIDUK. gest. 2,17 p. 82,24 cum a -e pariter et a tergo urgerentur *hostes eqs.* **4** *?*directa -e *i. q. contra – (direkt) gegenüber:* ABBO FLOR. calc. 3,70 p. 116,1 semper . . . multiplicatus ante se directa -e respicit *(sc. numerus)* eum *(numerum),* qui ex se aliquatenus concrescit *(sc. in abaco).* **B** *de tempore* prima -e *i. q. primo, statim – als erstes, sogleich:* CHART. Sangall. A IV app. 44,6 (a. 1243) contra inhibitionem nostram *(sc. scholastici et abbatis)* intromittere presumpsistis *(sc. praepositi)* prima -e contra ipsas *(sc. abbatissam et conventum)* excommunicationis sententiam fulminantes. CHRON. Reinh. a. 1199 p. 562,4 qui *(vulgares et timidi)* . . . -e prima in dedicionem abissent, si . . . episcopi constancia non obstitisset. **C** *de modo* aperta, nuda, libera -e *i. q. aperte, palam – offen, unverhohlen (?indefense – ?ungeschützt: l.11):* ALCUIN. epist. 267 p. 426,8 raro . . . aperta (aperto *var. l.*) -e apud christianos pugnat antiquus hostis *(cf. Hier. vita Malchi 3,6).* WALTH. SPIR. Christoph. I prol. p. 65,29 quicquid . . . clam inter manus vertendo brevi . . . continuatione involabam, nuda -e in tue *(sc. Balderichi)* fructificationis aream palam cribrandum infundam *eqs.* CONSUET. Marb. 57 quicquid . . . a quoquam contra . . . consuetudinem . . . factum fuerit, libera -e reprehendere. HIST. de exp. Frid. imp. p. 60,11 tam pius imperator quam alii . . . nuda -e vitiosos . . . reprehendebant. *al.*

frontalis (fo-), -e. **1** *adi. i. qui fronti illinatur – zum Auftragen auf die Stirn bestimmt, Stirn-:* ANTIDOT. Sangall. p. 96,17 oleum amigdalinum, quod alii metopium, alii fo-em *(sic)* vocant. **2** *subst. neutr.:* **a** *gener. i. q. pars, tabula anterior – Vorderseite, -platte:* GESTA Bert. 3,6 -e . . . feretri . . . Bertini de auro et argento . . . fecit *abbas* excudi. **b** *liturg. i. q. limbus mensam altaris ornans, aurifrigium q. d. – Zierborte, Überhang (ni latius i. q. pallium – Antependium; de re v. J. Braun, Der christl. Altar in seiner geschichtl. Entwickl. 1924. II. p. 15. 75sqq. et L. Eisenhofer, Handb. d. katholischen Liturgik. 1932. I. p. 360):* SIGEB. GEMBL. gest. 41 fecit *abbas* . . . -e . . . ad altare sancti Exuperii martyris.

***frontate** *adv.* *frontose, importune – dreist, aufdringlich:* RADOLF. epist. 7 p. 531,19 -e, quod aiunt, peto, ut aut ipsum *(librum geometriae)* . . . aut eiusmodi alium . . . transmittatis *(sc. Ragimboldus).*

***frontenella** *v.* *fontanella.

***fronteria** (-aria), -ae *f.* *(cf. francog. vet.* frontiere, *ital.* frontiera; *cf. D. Vitali, Mit dem Latein am Ende? 2007. p. 478)* *finis – Grenze:* CHART. Helv. arb. 1 p. 2,7 (a. 1158) de grangia et de -is Contaminarum diximus, quod in pace remanerent ecclesie. SABA MALASP. chron. 10,2 p. 343,8 ut . . . Petrus . . . Gallicos in -a (-aria *var. l.*) se palantes dolis . . . superet (*sim.* 10,28 p. 371,4).

frontex *v.* frutex.

***fronticipium,** -i *n.* (frons, *per analogiam ad* principium *formatum, ut vid.*) *initium – Anfang:* MIRAC. Bert. 7 p. 512,22 Fuscianus et Victoricus in -o christianitatis incolarum terrae primariam feruntur ibi *(sc. in colle)* construxisse aecclesiam.

***fronticula,** -ae *f.* *vultus – Miene:* HROTSV. Mar. 3 accipe *(sc. Gerbirg)* -a . . . serena, quae tibi . . . offero carminula.

frontispicium (-tium), -i *n.* -ns-: *l.65.67.* **1** *de anim.:* **a** *frons – Stirn:* FORM. Sangall. II 28 p. 414,6 licet quidam Petrum vel Paulum non attonsos . . ., sed naturaliter priorem recalvastrum asseverare soleant, sequentem in -o calvum. *latius i. q. species – äußere Erscheinung:* BEDA hist. eccl. 2,1 p. 80,10 tanta . . . gratia *(i. lucidus vultus)* -i mentem ab interna gratia vacuam gestat (*sim.* 5,21 p. 343,21). **b** *visus – Blick:* CONSUET. Trev. 16 p. 279,16 -o in terram verso ambulat (*sc. qui poena damnationis gravetur; sim.* 30 p. 289,12 inclinando -a). ACTA imp. Winkelm. I 617 p. 496,12 milicia in campo diffusa latissime in illorum *(sc. hostium)* -a sese deposuerat catervatim et insultum . . . expectabant. **2** *de rebus:* **a** *pars, tabula anterior – Vorderseite, -platte:* GESTA Font. p. 101,7 quod *(lignum crucis)* . . . de -o lecti protectoris nostri . . . fures sustulerunt. **b** *murus (anterior), frons (aedificii) – (Vorder-)Seite (eines Gebäudes), Fassade:* BRUNO QUERF. fratr. 3 p. 38,9 sedebat ad focum in -o cellę vir Dei. LIBER tram. 57,1 -is (-nspicii *var. l.*) extrinsecus super ianuas velamen ponant *fratres* (*sim.* 74,1 -n<ti>spitii). LEO MARS. chron. 3,33 p. 406,21 habet *aedes* . . . a -o aquilonali tres rotundas *(sc. fenestras),* ab australi vero duas. SALIMB. chron. p. 68,35 quod *(palatium episcopi)* est ante -tium maioris ecclesie. *al.* *de superiore parte muri anterioris fort. i. q. fastigium – viell.: Giebel:* EBO BAMB. Ott. 1,22 p. 42,23 ut lapis magnus in -o vel culmine sanctuarii

[Niederer]

. . . proruens totius monasterii ruinam minaretur.

fronto, -onis *m.* *de machina obsidionis quadam frontem duram imitante fere i. q. aries, equus – etwa: Sturmbock, -pferd:* AETHICUS p. 178,6 arietum et -um fabri (*cf. notam ed.; sim.* p. 203,2).

frontosus (-tuo-), -a, -um. *impudens, insolens, importunus – unverschämt, frech, dreist, aufdringlich:* SMAR. carm. 16,5 (MGPoet. IV p. 922) pacis amator homo . . . arguat . . . reprobos -a voce superbos. VITA Agnet. 183 -a peribunt ludicra. RUP. TUIT. trin. 18,38 l. 1696 merita poena -ae et impudenti mulierculae *(sc. est). al.*

adv. ***frontose.** **1** *impudenter, insolenter – in unverschämter Weise, dreist, frech:* CONR. EBERB. exord. 2,27 p. 131,36 merito . . . caves *(sc. frater)* -e requirere, quod scire desideras, quia *eqs.* CHART. Gosl. I 424 p. 429,24 quilibet clerici et laici inordinate subiugant eam *(ecclesiam)* iurisdicioni sue et . . . Romano imperio . . . -e presumant preiudicare. *al.* **2** *obstinate, pertinaciter – hartnäckig, beharrlich:* RATHER. prael. 1,13 l. 438 non dedignabitur *Christus* ad domum tuam divertere, immo -uose ingerit se ipse *eqs.*

[fronus *v.* 1. frons.]

***fronzator,** -oris *m.* *(?*fundator, *cf. ital.* fronda; *v. Battaglia, Dizionario. VI. p. 380 et Wartburg, Frz. etym. Wb. III. p. 862).* *tormentum – Schleudermaschine:* HIST. Frid. imp. cont. p. 190,22 cum . . . balestreriis necnon et -bus seu petreriis et manganis . . . ad Laude obsedendum venerunt *(sc. Mediolanenses et alii).*

frotex *v.* frutex.

***frua** (flua), -ae *f.* (frui) *fructus, redditus – Ertrag:* CHART. Tirol. 822 (a. 1223) de -a *(sc. feudi)* . . . comes debet illud *(sc. V marcas)* solvere. CHART. Tirol. notar. I 408[a] Gerardus . . . vendidit . . . omnes redditus et fluas prebende. *ibid. al.* *Niederer*

fructeffer *v.* fructifer. **fructetum** *v.* frutectum.

fructex *v.* frutex. **fructico** *v.* frutico.

fructicosus *v.* fruticosus.

fructiculus, -i *m.* **1** *fructus parvus – kleine Frucht:* AENIGM. super turb. 7 p. 496[b],56 quin minimis unione -is deducatur *granum* primaeva. **2** *particula – Teilchen:* ARNOLD. SAXO flor. 4,7 p. 36,10 erat *masca* . . . composita ex minutis -is coherentibus. *cf.* fruticellus.

fulgur, -uris *vel* -oris *n. vel raro* (*l. 32. adde* ANSELM. GEMBL. chron. a. 1117 p. 376,45) ***fulgura,** -ae *f.* *fulmen, coruscatio – Blitz(schlag), Wetterleuchten:* **1** *proprie:* ARBEO Emm. 32 pluvia inundabat super terram cum discurrentia -ura (*sim.* VITA Emm. I 32 -ora [-ura *var. l.*]). ANNAL. Xant. a. 848 II. nonas Februarii ad vesperum -r emicuit. PONTIF. Rom.-Germ. 185$^{tit.}$ exorcismus salis et aquae contra -ura. ANNAL. Germ. Paris. a. 965 (MGScript. IV p. 4,4) secutae sunt -e . . ., quae interfecerunt duos fratres. EPIST. Worm. I 34 p. 61,1 -ura et tonitrua latius terrent quam feriant. *persaepe. v. et l. 55.* *per compar.:* CAPIT. episc. I p. 175,35 superbia deposuit archangelum et tamquam -r fecit cadere in lapsum. PASS. Quir. Teg. 8 p. 14,20 divina maiestas in modum ignis flammantis eructans, omnes . . . velud -oris (-uris *var. l.*) ictu perempti sunt. WIDUK. gest. 2,36 p. 97,4 oculi rutilantes et in modum -uris (-oris *a. corr. B1*) cita repercussione splendorem quendam emittentes. *al. v. et p. 544,46.* **2** *alleg.:* HRABAN. univ. 9,19 p. 277^{C} -ura . . . mystice divinos in scriptura exprimunt terrores, qui in miraculo coruscantibus fiunt. ALEX. MIN. apoc. 12 p. 258,8 per -ura miracula intelliguntur, quibus incredulorum mentes percussae . . . humiliati se subdiderunt veritati. 16 p. 356,33 per -ura veloces nuntii designantur, qui . . . terribili fama terram illustrabant. *cf.* fulgor.

***fulgurabilis,** -e. *modo fulminis percutiens – wie ein Blitz treffend:* THEOD. AMORB. comm. p. 10,20 Senecas *(sic)* . . . ita -i sermone apostoli *(sc. Pauli)* legitur sauciatus, ut *eqs.*

fulguratio, -onis *f.* *actio micandi, splendendi, lucendi – das Blitzen, Strahlen, Leuchten:* ADAM gest. 3,27 p. 170,22 dicitur *archiepiscopus* fumo delectatus aromatum et -e luminum et tonitruis alte boantium vocum. Ps. BEDA mund. const. 1,136 quod auditum offendit, tonitrus est; quod visum, fulgur vel -o; quod ferit, fulmen dicitur. ALBERT. M. meteor. 3,3,1 p. 151,41 diffinientes -em dixerunt *theologi*, quod '-o est late ignis explicitus'. *ibid. al.*

fulgureus (-gor-), -a, -um. *(modo fulminis) micans, splendidus, coruscus – (wie ein Blitz) strahlend, glänzend, leuchtend:* **1** *proprie:* METELL. exp. Hieros. 2,99 in occursum properantes *(sc. Turci)* -is hastis velut astris ethere lapsis. 4,296 qui *(sc. Deus)* limabo feram si -amque macheram, iudicium rapiam. Quir. 55,9 claras luce fenestras -o splendore domum plenam cernit *femina religiosa* ab intus. ANON. princ. magistr. 87 cuius *(Prudentiae)* . . . vultus . . . -orea luce venustatur. **2** *in imag.:* EPIST. divort. Loth. 14 p. 231,21 quod -o vestri *(sc. papae)* pontificii iubare nos non solum illustrari, verum etiam crebro terreri placuit.

fulguro, -are. *script.* -gor(o): *p. 541,18.* *partic. praes. usu adi.: p. 541,9.* **1** *intrans.:* **a** *fulmina iacere – Blitze schleudern (proprie vel in imag.):* BENZO ad Heinr. IV. 1,24 p.

166,21 si . . ., qui tonitrua audierint, in iniquitate sua permanserint, iusto iudicio super eos tonat, grandinat et -at *Deus*. LAMB. HERSF. annal. a. 1074 p. 188,15 conspicantur quam plurimi ipsum . . . demonem precurrere insanienti populo galeatum, loricatum, igneo mucrone terribiliter -antem. **b** *(modo fulminis) micare, fulgere, splendere, coruscare – (wie ein Blitz) leuchten, strahlen, glänzen, funkeln, blitzen:* WALAHFR. carm. 54,24 iaspis fulvo cum clausus -at auro. BRUNO QUERF. Adalb. A 30 p. 35,23 adest sonitus armorum, -ans hasta, sonans clipeus et gladius acutus. *in imag. vel translate:* RUP. MEDIOL. Adalb. 8 p. 50,13 qui cotidie miraculorum -bat insigniis. REGINH. Annon. 2 f. 1v,24 veluti divinum emblema mire -ans nomen sancti Benedicti . . . resplenduit. **2** *trans. i. q. (fulmine) percutere – (mit dem Blitz) zerschmettern (in imag.):* BENZO ad Heinr. IV. 4,4 p. 384,18 hostes illi *(Wido et Rainaldus episcopi)* -bant galaxei facula.

adi. **fulgurans,** -antis. *clarus – hell:* RATHER. prael. 3,5 l. 138 definiamus . . ., quae sint ipsae *(virtutes)*, et luce -orantius (-ius *var. l.*) parebit, quid non sint ipsae.

***fulgurosus,** -a, -um. *script.* -gor-: *l.25. (modo fulminis) micans, splendidus, lucidus – (wie ein Blitz) strahlend, glänzend, leuchtend:* HERIB. hymn. 6,4,3 vos *(sc. omnes sancti)* . . . tremendi nutibus et -i vultibus, Christi favete plebibus. CHRON. Ebersb. I p. 14,3 ubi pulcherrima virgo niveis induta -oroso vultu apparuit. EKKEH. IV. cas. 89 p. 128,25 statura procerus, . . . oculis -us *(sc. Ekkehardus II.). v. et p.540,18.*

fulica (foll-), -ae *f.* φαλαρίς – *Blässhuhn:* ECBASIS capt. 446 cum -a transvolitaret. DIAETA Theod. 82 anates, circicla, follica vel butiones humidę sunt et ventrem procurant. CARM. de nat. animal. 2157 stagnensis volucris est -a. *al.*

[fulicatio *v.* iudicatio: CHART. Pruss. II 355 p. 240,26.]

fulidus *v.* fulgidus.

fuligineus, -a, -um. *fumosus, (modo fuliginis) fuscus – rußig, dunkel (wie Ruß):* LIUTPR. antap. 5,32 p. 150,7 habuit ea *(Willa)* presbiterulum capellanum . . ., statura brevem, colore -um, rusticum. *v. et l.70.*

***fuligino,** -are. (fuligo) *(fuligine) fuscare, denigrare – verrußen, (mit Ruß) schwärzen, verschmutzen:* REIN. LEOD. fulm. (MGScript. XX p. 614,9) ipsam *(pyxidem)* gemebundus accepi firmiter quidem seratam, sed atramenti instar -tam. ALBERT. M. eth. II 1,7,4 p. 113b,40 in forma scabrosi non elimaret *(sc. generans limatum)*, sed -ret et inficeret.

fuliginosus, -a, -um. *fuscus, (fuligine) fuscatus, niger – rußig, (vom Ruß) geschwärzt, dunkel:* ALCUIN. epist. 4 p. 233,5 intremus . . . calculatorum pistrillas vel mathematicorum -as coquinas. MIRAC. Adalb. Wirz. 10 p. 62,9 signi . . . salutaris benedictione phalanges tetras, horridas et -as eliminavit *(sc. simulacrum episcopi)*. ALBERT. M. meteor. 4,1,22 p. 239,14 fumus olei est valde -us, eo quod terrestria combusta effumant cum humidis. pol. 2,2 p. 116b,35 banausi . . . toti sunt -i, vilibus operibus dediti. *al.*

fuligo (ul-, fol-, -ll-), -inis *f.* *acc. sg.* -inam: *l.61.*

1 *strictius i. q.* ἀσβόλη – *Ruß:* **a** *proprie:* HEITO Wett. 8 se . . . quoddam opus in modum castelli . . . inordinate coniectum et -e deforme vidisse se fatebatur. TRACT. de caus. mul. 16 p. 201,13 cera rufa . . ., foll-e ana unc. semis. IOH. IAMAT. chirurg. 9,30 recipe full-is unc. I . . .; -o pulverizetur. HERACLIUS II 53 -em *(ci.,* uliginem *ed.)* diligenter conteres. ALBERT. M. veget. 7,153 cura . . . hortorum est contra vermes, quod -o undique spargatur. MOSES PANORM. infirm. 20 p. 120,18 accipe fo-am temperatam cum aceto *(cf. notam ed.). saepe.* **b** *in imag.:* RADBERT. Matth. 1,37 ut, qui erant -e peccati . . . denigrati, formarentur . . . ad gratiam. THIOFR. Liutw. praef. p. 2,7 praeconia . . . silentii -e abdita. FUND. Consecr. Petri p. 117,3 terra corrupcionis -e obscurata. *al.* **2** *latius:* **a** *color fuscus, nigredo, nigritudo – schwarze, dunkle Farbe, Schwärze:* AETHICUS p. 121,17 habent *Turci* . . . statura -e teterrima, crines corvini similitudinis. p. 162,8 omnium facinorum spurcissimi *(sc. Malanchini, Dafri Alcesque)*, . . . mulieres -es (-e *var. l.;* fuligineas *ci. Herren, JournMedievLat. 3. 1993. p. 245*) ignominiosas ac lupanarias. WALTH. SPIR. Christoph. I 3 quicquid . . . sibi minus idoneum paterna -o contraxit, vere innocentię stola velatus operuit. **b** *pallor – Blässe, Bleichheit:* ARNO REICHERSB. apol. p. 58,28 'fulgebunt . . . iusti . . . sicut sol' *(Vulg. Matth. 13,43)*, videlicet . . . faeculentiam lunaris -is . . . supergressi.

[fulimen *v.* 2. flamen.]

***fulla** (fol(l)a), -ae *f.* (fullare; *cf. D. Vitali, Mit dem Latein am Ende? 2007. p. 471sq.) molendinum ad fullandum, cogendum aptum – Walkmühle, Walke:* ACTA imp. Stumpf 390 app. p. 553,36 (c. 1186) ut . . . ad . . . usum mollendinorum sive follarum seu pistarum convertant *(sc. aquas)*. ACTA imp. Winkelm. I 239 p. 221,19 grangiam de Camposacro cum molendinis et -is et pertinentiis suis. CHART. Laus. 710 dedit capitulum . . . molendinum et folam. CHART. Basil. A II 140 Petrus . . . molendinum detinet seu -am. *al.*

***fullarius** (vu-, fol-), -i *m.* (fullare) *qui pannos fullat, cogit – Walker, Tuchbereiter (fere pro cognomine):* REGISTR. Trident. I 68 confitetur Bertoldus filius q. Iohannis Fo-i, quod *eqs.* CHART. Turic. 6532 testes . . . Chůno de Asche, Cůnradus V-us. CHART. Basil. A II 76 testes . . . Waltherus V-us. *al.*

fulligo *v.* fuligo.

1. fullo (fol-), -are. *form. coniug. II. (vel III.): l.26. cogere – walken, verfilzen (usu absol.):* CHART. march. Misn. III 199 (c. 1214) quidam homines . . . pannos suos ad -andum in grangiis abbatie . . . deposuerunt; . . . quod mercedem pro -ando acceperunt *(sc. abbatia)*. CONST. imp. II 439,3 follones contra iusticiam follentes et textores contra iusticiam texentes dabunt LX denarios.

2. fullo, -onis *m.* *script.:* fuolo: *l.56.* fol(l)-: *l.25.60.61. 62.* **1** *qui pannos fullat, cogit – Walker, Tuchbereiter:* **a** *proprie:* STATUT. Murb. p. 444,8 instruendi sunt -es, sartores, sutores. DIPL. Heinr. IV. 153 exceptis . . . piscatoribus, pistoribus, cocis, -bus, vinearum cultoribus. YSENGRIMUS 1,1055 qualiter argillę sordes -e lavante icta sub incusso subtonat aura sago. CARM. de Frid. I. imp. 2996 gens . . . Cremensis . . . crebris feriebat . . . ictibus ut pannum -is machina. ANNAL. Prag. III a. 1282 p. 205,1 mos est deferri vestes venales iuxta consuetudinem -um. *persaepe. pro cognomine:* REGISTR. Teg. p. 230,32 F-o Ulricus. p. 231,2 mortarium Werinheri F-is situm Ostninne. CHART. Mulh. Thur. 137 quos *(agros)* redemerat *conventus* a domino Guntero F-e. **b** *in imag.:* CHART. episc. Lub. 141 p. 130,3 (a. 1259) humane conditionis infirmitas et gestarum rerum antiquitas suis egere videntur -bus, qui defluentis vetustatis calvitium per puplicum cuiusdam novitatis reficiant argumentum. **c** *in locut.* herba -um *sim. de plantis:* **α** *Saponaria officinalis L. – Seifenkraut (cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. IV. p. 105):* GODESC. AQUENS. opusc. 4,17 p. 154,33 siccat *(sc. -o pannum)* ad ignem et herbam -um . . . adhibet. GLOSS. Salern. p. 10a,29 saponaria media, herba -um suaviter sanans. *al.* **β** *labrum Veneris – Karde:* ALPHITA B 48 borith, herba saponaria sive herba -is idem, sed cardus -is aliud est. T 20 tribulus, carduus -um idem. **γ** *Isatis tinctoria L. – Färberwaid:* CHART. Fridesl. 46 p. 240,20 (a. 1267) quod mediam partem totius . . . utilitatis, que in herba -um dicta weyt . . . ratione decimarum . . . poterit provenire, . . . debeatis *(sc. decanus et capitulum)* camere nostre. 50 p. 244,3. 53 p. 246,7 super solutione et receptione decime herbe fuolonum. **2** *molendinum ad fullandum, cogendum aptum – Walkmühle, Walke:* TRAD. Altaerip. 203 (post 1168) quarta pars -is de Corpastor debet octo numeros censuales . . . domui Alteripe. CHART. Tirol. 1059 de uno folone . . . cum omnibus pertinenciis . . . ad . . . folone pertinentibus . . ., tali . . . pacto, quod . . . comes Egino abeat et teneat . . . folonem.

[3. *fullo *v.* *fello. *adde ad p. 121,31:* LAMB. ARD. hist. 18 p. 570,43 veniens ad montem iniqui vel fu-is vel etiam Philonis, qui vulgo Monfelon dicitur, . . . invenit *[sc. Radulphus]* maximam pastorum multitudinem.]

fullonicus (folo-, -nicius, fulnonaticus), -i *m.* *labrum Veneris – Karde:* RECEPT. Sangall. I 35 cardo radice cum folia similis fulnonatico *(cod.*, fulno natico *ed.)*. 72 filcicula, qui nascitur in arbore cardone, qui similat folo-io. DYNAMID. Hippocr. 2,105 amiliae, hoc est cardui -i, sucus hepaticos curat.

***fullosus,** -a, -um. *(orig. inc.) fort. i. q. grossus, crassus –*

[Weber]

viell.: grob, unfein: Ps. Avic. anim. 5,6 p. 124 quando vis facere modulum, facias de ferro de Landelum et non habeas de ferro -o, quia ferrum -um (p. 123 grossum) est de Alchudaua *(i. Andena, cf. DuC. I. p. 246 s. v. 1. Andena).* 6,32 p. 391 vide, plumbum non sit -um nec nigrum, et, quando scindis, quod appareat album.

***fullum,** -i *n.* (fullo) *molendinum ad fullandum, cogendum aptum – Walkmühle, Walke:* Annal. Mant. a. 1230 et 1231 (MGScript. XIX p. 21,23) completus fuit *Landerengus* pontem molendinorum et -orum.

fulmen, -inis *n.* *abl. pl.* -is: *l.15.* *confunditur c.* flumen: *l. 15.* **I** *usu originario:* **A** *fulgur, coruscatio – Blitz(schlag), Wetterleuchten:* **1** *strictius:* **a** *proprie:* **α** *in univ.:* Pass. Praeiecti I 14 p. 234,3 tellus amoenum, nisi quod zeferorum flabris -isque (-busque, fluminibusque *var. l.*) incursantibus sepius fatigatur. Conc. Karol. A 50d p. 643,24 didicimus quosdam in hac *(sc. dominica)* die ruralia opera exercentes -e interemptos. Walahfr. Gall. 2,26 quidam violentia -is i c t u s ... membrorum officia perdidit (Einh. Karol. 32 p. 37,2 malum ... aureum ... ictu -is dissipatum ... est. *al.*). Annal. Erf. praed. a. 1231 turres et propugnacula uno -e pariter succensa succendebantur. *persaepe. v. et p.540,56.544,33.* *per compar.:* Waltharius 187 -is in ... modum cuspis vibrata micabat. Metell. exp. Hieros. 3,16 altior his *(tribus montibus)* quartus *(sc. mons)* molimina bellica spernens hostem subiectum quasi -e sternens. *al.* **β** *in nomine lapidis i. q. brontea – Donnerstein:* Heraclius II 1 viridis vitri et usti -is pulverem ... accipe. **b** *in imag.:* **α** *gener. de homine:* Adam gest. 3,17 p. 159,10 nunquam quietus fuit *Haraldus rex* a bellis, -n septentrionis, fatale malum omnibus Danorum insulis. **β** *rhet. de verbis percutientibus:* Carm. Paul. Diac. app. II 52,9,4 hos premunt, ... illos magis sauciant *mali sacerdotes* -e verbi. Ekkeh. IV. bened. I 40,33 doctor erit vanus rhetoresis Quintilianus rhetoricesque vel ipsa tonet, sua -a (gloss.: unde tonitrua Tullii) ponet. *v. et p.544,35.* *adde:* Chart. Tirol. 1265 p. 304,9 (a. 1251) si quis has ecclesias presumpserit attemptare ..., sciat se excommunicationis -e innodatum. *al.* **2** *latius:* **a** *tempestas – Unwetter (in imag.):* Waltharius 1400 duo magnanimi heroes tam viribus aequi quam fervore animi steterant in -e belli. **b** *incursus – Ansturm (usu plur.: l.41.42):* Waltharius 823 stupuit Vosegus haec -a et ictus. Metell. exp. Hieros. 5,291 -a telorum demittens *Guillelmus* omnigenorum. 6,192 itur in adversum, qua murum -e pressum aspera durorum rapuit vis Teutonicorum. **B** *fulgor, splendor – Glanz, das Strahlen:* Hraban. carm. 81,10 mittit ... Britannia mater ... pontificem summum signorum -e clarum *(i. Bonifatium).*

II *per confusionem i. q. dens – Hauer (de re v. W. Krogmann, W.-C. Kersting, ZRGGerm. 90. 1973. p. 375q.):* Decret. Frision. A 4,11 p. 46,29 sicubi vindicta iacitur super unum virum de equi ungula vel pecoris cornu, de canis dente et de porci -e vel de galli aculeo.

fulminatio (-cio), -onis *f.* *actio fulmina iactandi – das Blitzeschleudern (in imag.):* David compos. 3,43,2 sicut inobedienti magis nocet bona intentio praecipientis praelati ..., ita bono obedienti magis ad profectum provenit indiscreti praelati praeceps praecepti -o. Const. imp. II 424,10 processuum suis -cionibus contra nostre *(sc. Manfredi regis)* potencie apices ... insultavit *ecclesia Romana.*

fulmineus, -a, -um. **1** *proprie:* **a** *ad fulmen pertinens – zum Blitz gehörig, Blitz-:* Petr. Dam. serm. 2,4 l. 71 tamquam -o fragore perterrita vilis baculi metam ... transcendere non praesumpsit *serpentium venenata rabies.* Ars med. 1 p. 418,6 herbam quandam immortalem invenit *Asclepius* experimentatam hancque servans propter hoc ipsum -o percussus est ictu. **b** *(modo fulminis) micans, splendens, lucens – (wie ein Blitz) strahlend, glänzend, leuchtend:* **α** *in univ.:* Waltharius 192 -os promunt *(sc. exercitus)* e n s e s (Metell. exp. Hieros. 1,477). Lamb. Leod. Matth. I 377 -um solem non copia tanta coronat luminis. **β** *de oculis:* Notker. Balb. gest. 1,3 p. 4,37 lumina ... -a in eos *(filios nobilium)* intorquens dixit: '*eqs.*' 1,19 p. 25,16 -as in eum *(episcopum)* acies imperator intorquens. *per enallagen:* Chron. Basil. app. a. 2 p. 296,13 fuit *Octavianus* ... oculis -us. **c** *albus, candens, – weiß (glänzend):* Arnulf. delic. 708 Dedalus Icareum despectat lugubris altum, flesti -am (subniveam *var. l.*) Phaetontis, Phebe, favillam. **d** *fulmina iactans – Blitze schleudernd:* Cand. Fuld. Eigil. II 10,38 celsi -a subito ni dextera patris desuper adveniens nostri miseresceret ultro. **2** *translate i. q. (modo fulminis) percutiens, fulmini similis – (wie ein Blitz) zerschmetternd, vernichtend:* Amarc. serm. 1,139 hic -us cupit esse decanus, alter egenorum provisor flagitat esse *(cf. notam ed.).*

fulmino, -are. *usu medial.: l.17.* **1** *intrans.:* **a** *proprie vel in imag.:* **α** *fulmina iactare – Blitze schleudern:* Metell. Quir. 16a,25 cadunt *(sc. qui velum sarcophagi levare nituntur)* ab igne vindici, ex intimis arce sacre qui -ans eos repente perculit. **β** *micare, splendere, fulgere – (er)strahlen, glänzen, funkeln:* Arbeo Emm. 47 -antur tot insignes virtutes ..., ut *eqs.* Thangm. Bernw. 24 cum sancta hasta ... terribiliter -ante. Hildeg. epist. 52R l. 4 forma mulieris -vit et radiavit in prima radice. Carm. Bur. 131,1,12 dic, Christi veritas, ubi nunc habitas, ... in domo Romulea cum bulla -ante? *al.* *per compar.:* Hildeg. epist. 84R l. 322 quod ipsi *(sc. qui in timore Dei vivunt)* velut luna -ant, cum ad ipsum ex intimo corde suspirant. 167R cum bona operatur *homo*, sicut sol -at. **γ** *gliscere – glimmen:* Hraban. hom. II 161 p. 455D iste ..., qui arundinem quassatam non contrivit et linum -ans non extinxit *eqs.* (*antea et Vulg. Matth. 12,2:* fumigans). **b** *translate i. q. furere – wüten:* Salom. III. carm. 1,2,158 stirps pungit vulnere Iudam: -at hinc Iudas Beniamin fortiter instans. Albert. Aquens. hist. 4,52 caede cum suis inter hostium agmina -bat *Godefridus.* **2** *trans.:* **a** *proprie:* **α** *(fulmine) percutere – (mit dem Blitz) treffen, zerschmettern:* Rup. Tuit. vict. 1,17 p. 27,19 iam habet penam incendium fulminis, quo -tus de celo cecidit *(sc. satanas)*, et nihil sic timet quam fulmen verbi Dei. Annal. Georg. a. 1250 (MGScript. XVII p. 297,36) IV. Non. Martias homines -ti sunt. Albert. M. animal. 25,28 dracones dicunt timere tonitrua et hoc animal saepius -ari, sicut e contrario aquilam inter aves et laurum inter plantas dicunt non -ari. *al.* *in exsecratione:* Leo Mars. chron. 1,35 p. 96,10 incensum ... a -andis illis *(Saracenis)* ... sancti Vincentii monasterium ... desolatum permansit. **β** *(il)luminare – erstrahlen lassen, erhellen:* Arbeo Emm. 24 p. 62,16 ut ingressiones sue splendor faciem praesentium -ret. Eugen. Vulg. syll. 4,1,2 -as *(sc. papa)* mundum reserasque celum. Metell. peripar. 9,7 clavis celica Petri dum trans cornua sceptri altos -at hostes tanquam fulgura montes. **b** *translate:* **α** *(ut fulmen obvium) iactare – (wie einen Blitz entgegen)schleudern:* Notker. Balb. gest. 1,3 p. 4,23 his praemissis solitum iuramentum ... -vit: '*eqs.*' Chron. Albr. a. 1233 p. 931,38 (epist.) magistro Conrardo iudicium -ante. Const. imp. II 224,8 quod ... contra nos *(sc. Fridericum)* ... e x c o m m u n i c a t i o n i s s e n t e n i a m -ret *papa* (Chart. Gosl. I 633. *al.*). *al.* **β** *delere – vernichten:* Eugen. Vulg. calend. 49 idibus Hylarius pravorum -at ausus. Metell. Quir. 5,2 primores odiis -at *princeps* igneis. *Weber*

fulnus naticus *v.* fullonicus. **[fulsa** *v.* *farsa.]

fulscio *v.* fulcio.

***fulsio,** -onis *f.* (fulgere) *compressio, suffocatio – Druck, das Würgen:* Arbeo Corb. 12 ut ne pondere corporis *(sc. viri laqueo suspensi)* collus desolveret *(i. frangeretur)* vel tortarum *(i. laquei)* -e (obpressio Vita Corb.) alena *(i. respiratio)* suffugaret *(i. suffocaretur; v. notam ed.).*

[*fulta *v.* *sulta: Chart. march. Misn. II 55 p. 47,17.]

fultio, -onis *f.* *adminiculum, sustentatio – Hilfsmittel, Stütze (translate):* Salom. III. carm. I 1,328 plebi tote sit prex tua *(sc. Dadonis)* -o vite. *de salsura:* Hildeg. caus. 292 homo ... carnes ... comedat ... non ... nimis deliciose diversis -bus *(ni subest vox theod. vet.* sulza *sim.)* et condimentis paratas.

fultor, -oris *m.* *adiutor – Helfer:* Dhuoda lib. man. 4,8,226 mitis corpus conteret suum, manus illustris animis (animi Rhythm. 130,4) -r. Ioh. Scot. carm. 10 app. 7 olli Chris-

tus amor fit, virtus, gloria, -r, quisquis contulerit faciem hac sindone mundam corporis osque manusque.

[***fultrum** *v.* *filtrum. *adde ad vol. IV. p. 247,47sqq.:* CONSUET. Marb. 233 claustrali canonico sufficere credimus duo paria subtularium, e quibus alii dentur in festivitate omnium sanctorum de -o (fu-o *var. l.*) hiemales . . ., alii *eqs.* CHART. Hans. I 432 p. 145,28 centenum fu-i IV denarios.]

fultura, -ae *f.* **1** *proprie i. q. sustentaculum, fulcimen – Stütze:* SEDUL. SCOT. carm. I 12,2 fabrica nulla tenet stabilem . . . formam, si non -is nixa sit . . . suis. LAMB. TUIT. Herib. 2,9 p. 228,17 quae *(sc. paralytica)* relictis -is *(antea:* crociculis) in testimonium . . . diu inexperto gressu domum revertitur. *ibid. al. expressius de adminiculo ('Sprosse'):* WALAHFR. hort. 118 undique -am (gloss.: spruzzi) . . . prehendunt *(sc. retinacula cucurbitae).* **2** *translate i. q. cibus, esca – Speise, Nahrung (loci spectant ad Hor. sat. 2,3,154):* EGBERT. fec. rat. 1,644 quem *(Billardum)* facile exanimem ventris -a abolebit. 1,1059 predocet insanum stomachum -a reiecta.

fulvidus, -a, -um. *fulgens, nitidus – glänzend, schimmernd:* RHYTHM. 81,19,1 kaput *(sc. iudicis)* . . . auro nimis -um. ARNOLD. LUB. Greg. 1,14,4 inter hec *(sc. munera pretiosa)* eburnee representantur tabule decoris quam mirifici gemmarum et auri -i.

fulvus (fulbus), -a, -um. *script.:* vu-: *l.43. adde* ALDH. virg. II 1341 *(var. l.).* fulf(us): VITA Eucher. prol. (MGMer. VII p. 46,29; *var. l.*). *confunditur c.* furvus: ALDH. ad Acirc. 19,4 *(var. l.). adde l.58.63 (dub.).*

1 *fulgens, nitidus, clarus – glänzend, schimmernd, strahlend, hell:* **a** *proprie:* **α** *in univ.:* IONAS BOB. Columb. 1,17 p. 184,5 vidit *frater moriens* ad se virum -a luce amictum accedere. WANDALB. martyr. compr. 11 curru lux incita -o ad summos axes solarem provehit orbem. PAUL. ALBAR. carm. 4,8 qui *(pavo)* pennis rutilat -is *(sed cf. l. 43).* EUPOLEMIUS 1,501 Aplesti conflatum -o . . . auro dat *Cacus* vitulum. *al.* **β** *aureus – goldfarben, golden:* ALDH. ad Acirc. 17,2 e geminis nascor *(sc. pina)* . . . concis vellera . . . producens . . . -a *(de re v. RE XVI. p. 788,5sqq.).* PAUL. DIAC. carm. 6,87 -a metalla *(i. nummos)* pius *(i. Benedictus)* non habens promittit egenti. *al. in cognomine (de Iohanne Chrysostomo):* THEODULF. carm. 45,5 Augustinum perlego saepe . . ., -o ore Iohannem. **b** *translate i. q. eximius, insignis – herausragend, ausgezeichnet:* ALDH. virg. II 229 cuius *(sc. pennae pavonis)* formosa species et -a (v-, falva *var. l.*) venustas *eqs. (sed cf. l. 33).* THEODULF. carm. 41,1,246 plura referre mora est, in paucis collige multa, lector, cui -um mentis acumen inest. **2** *de coloribus:* **a** *flavus, ravus, croceus, roseus – rot-, rötlich-, grau-, ockergelb, rosen-, hautfarben:* ALDH. virg. II 1363 aurora in -is (falvis *var. l.;* roseis *Verg. Aen. 7,26*) dum luxit lutea bigis. PAUL. ALBAR. carm. 6,2 -be rose. THEOPH. sched. 2,8 si . . . perspexeris, quod se . . . vas aliquod *(i. vitrum in vase coquendum)* in -um colorem convertat . . ., hoc vitrum pro membrana habeto. *al.* **b** *rubeus, fuscus – rot, (rost)braun:* HILDEG. scivias 3,11 l. 77 una *(sc. bestia)* ut leo -i coloris. ALBERT. M. animal. 6,109 si illae *(sc. sub lingua exsistentes)* venae in parentibus sint albae, albos facient fetus, . . . si fuerint rubeae, facient ˹-os et rubeos˺ (*p. 574a,8* πυρρά). *al.* **c** *?cinereus – ?(asch)grau:* ALDH. epist. 4 p. 484,13 vascula *(sc. a christianis in officiis adhibita)* . . . -is (*ni leg.* furvis) f a v i l l a r u m c i n e r i b u s expianda purgandaque praecipiunt *sacerdotes occidentales* (virg. I 60 p. 321,13). LULL. epist. 92 p. 210,1 ut numquam . . . in Christo ceptam caritatem . . . in nostro pectore frigescere sinamus velut parvam scintillam tenuis ignis -a (*ni leg.* furva) cinerum favilla suffocatam.

fuma, -ae *f.* *terra, humus – Erde, Erdboden, -reich:* CARM. Aldh. 1,34 horum *(ventorum)* archon atrociter -am *(ed.,* famam *cod.,* fumum *Jaffé)* verrens *eqs.* 4,23 ˹-am furvam˺ *(cod.,* fumum furvum *edd.)* frigoribus foci conplent *astra* caloribus.

***fumacinus,** -a, -um. (fumus) *fumo similis, fumosus – rauchähnlich, rauchig:* BENZO ad Heinr. IV. 4,39 p. 420,10 (vs.) fidem servanti nil nocebit fascinus, ibit in vanum ut vapor -us.

***fumalis,** -e. (fumus) *script.* fim-: *l.7. fumo similis, fumosus – rauchähnlich, rauchig:* ALBERT. M. nat. loc. 2,4 p. 28,16 quae *(sc. calor et umor)* . . . faciunt ventositatem -em (feminalem *V, edd. priores*). anim. 2,3,25 p. 135,13 falsum est . . ., quod . . . odor sit -is (*p. 438b,24* καπνώδης) e v a p o r a t i o rei odorabilis (sens. 2,10 p. 64b,9sqq. veget. 3,67. *saepius. v. et l. 12*). veget. 7,94 ad -em (fi- *var. l., edd. priores*) . . . et vaporalem aquae et humoris spiritum . . . germinant *arbores.*

adv. ***fumaliter.** *modo fumi – nach Art des Rauches, wie Rauch:* THEOD. TREV. transl. Celsi 4 si ea, quae . . . ostendere censuit *(sc. Deus),* silentii torpore -r in auras evanescant. ALBERT. M. sens. 2,10 p. 64b,18 dicunt *quidam,* quod odor est fumalis evaporatio et non qualitas generata in aere ab eo, quod -r evaporat.

fumans *v.* fumo.

fumaria, -ae *f.* *?confunditur c.* fumans: *p. 549,26.* **1** *Fumaria officinalis L. – Gewöhnlicher Erdrauch (cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. II. p. 505sqq.):* DYASC. p. 56b capnos, que latine -a dicitur. **2** *caminus – Feuerstelle, Heizung:* GESTA Trud. cont. II 4,12 p. 355,19 totam *(sc. domum)* . . . -a atque aqueductu . . . nobilitavit *abbas. v. et p. 341,23.*

***fumarius,** -a, -um. (fumus) *ad tributum fumaticum q. d. pertinens – 'Rauch-' (de re v. HRG IV. p. 193sq.):* CHART. Burgenl. 143 p. 107,1 (a. 1225) dedimus *(sc. rex)* . . . ipsis *(monachis)* libertinos denarios, qui vulgo -i vocantur *(inde* 172 p. 126,39 [spur.]. *al.).*

fumarium, -i *n.* *caminus – Rauchabzug, Rauchfang, Feuerstelle:* FRAGM. med. falc. 29 mitte eas *(sc. pennas)* super -um et ibi sint, usque dum sugia *(i. fuligo)* super ipsas pennas crescat. VITA Berth. Garst. I 14 per -um, id est caminum, hostis humani generis . . . deorsum se precipitavit. ALBERT. M. pol. 1,1m ὁμοκάπνους *(p. 1252b,15* ὁμοκάπους [ὁμοκάπνους *var. l.*]; *sc. vocat Epimenides homines)* . . . eo, quod in eodem -o sibi communicant. *al.*

***fumaticus,** -a, -um. (fumus) **1** *adi. i. q. vanus, inanis – flüchtig, nichtig, eitel:* HERM. AUGIENS. vit. 683 nec hanc -am, solam quam querit *(sc. homo saecularis),* gloriam veram nec in caelestibus acquirit. 1379. **2** *subst. neutr. i. q. tributum pro singulo camino (i. pro singula domo) solvendum – 'Rauchgeld' (de re v. l.23):* ACTA reg. Burgund. 46 p. 172,4 (a. 972) ut nullus iudex publicus . . . nec ullas redibitiones . . . exigere audeat . . . nec silvaticum nec -um nec pulveraticum.

fumecacio *v.* fumigatio. **fumento** *v.* fomento.

fumesco, fumui, -ere. *fumare – rauchen, dampfen (in imag.: l.48):* PAUL. DIAC. carm. 20,13 tange *(sc. Petrus)* solum, -at, ut hoc sit limpha nivalis *(v. notam ed.).* WOLBERO cant. 3 p. 1132B 'virgula' . . . 'fumi' fuit *(sc. ecclesia),* quia ipsa rectitudo et fortitudo ex divini amoris igne -uit *(spectat ad Vulg. cant. 3,6).*

fumeus, -a, -um. *metr.* fŭ-: *l.59.* **1** *proprie i. q. fumo similis – rauchähnlich, -artig:* CONSTANT. AFRIC. theor. 4,14 cuius *(odoratus)* sensus est quasi fumus quidam; . . . sensus . . . odoratus est -us. FROWIN. explan. 4,4 l. 598 velut pulveris mirrae et thuris -um odorem de thuribulo aureo cordis sui ad Deum emittebat *(sc. virga, i. Maria; spectat ad Vulg. cant. 3,6). al.* **2** *translate i. q. vanus, inanis – flüchtig, nichtig, eitel:* SISEB. Desid. 9 cuius *(sc. Brunichildis)* persuasio me ad interitum -a (fune *var. l.*) traxit. EPIST. Mog. 15 p. 343,22 (vs.) memor esse velis *(sc. lector)* . . . tempore non longo -um subsistere saeclum. *al.*

fumex *v.* pumex. **fumicatio** *v.* fumigatio.

fumico *v.* 1. fumigo.

***fumiculus,** -i *m.* (fumus) *paulum fumi – ein wenig Rauch:* COSMAS chron. 3,11 p. 171,23 -us et flammicula circa pannum emicuit, sed minime nocuit.

[**fumicus** *v.* fumificus.]

fumidus, -a, -um. **1** *adi. i. q. fumans – rauchend (in imag.: l.68):* FROUM. carm. 2,6 -a fax fellis succendit vulnera pellis. HERRAT hort. exc. p. 144 ipse poenas ordinat Orcus sedens solio ignis pice -o. *al. de odore i. q. fumosus – rauchig:* ALCUIN. carm. 64,1,4 vertice sub quadro *(i. fumario)* -us exit odor. **2** *subst. neutr. plur. i. q. fumus – Rauch:* EGBERT. fec.

rat. 1,415 -a comparent interdiu et ignea noctu.

fumifer, -era, -erum. *fumans – rauchend:* GISLEB. ELNON. inc. 1,27 scintillas fert *ignis* -asque favillas. HUGO FLAV. chron. 2 p. 382,16 hiatus inferioris inferni . . . -as eructuante camino revomebat flammas. PASS. Thiem. I 188 querit *rex* -a vicini demonis ara consulta, quid agat. *al.*

fumificus, -a, -um. *fumosus – rauchig, verraucht (in imag.: l. 8. 11):* ENGELM. carm. 3,174 (MGPoet. III p. 66) -os poenae . . . compesce *(sc. Ratbertus)* vapores. HEIRIC. Germ. I 6,439 ridet *(sc. anima post mortem a corpore liberata)* mentis gaudia spesque novas iras atrosque timores -asque faces, solitus quas spargere livor. SIGEH. Maxim. 14 p. 233,4 (ed. Waitz) servavit *rusticus* . . . vivam *(sc. accipitrem)* sine esu in domo fumica (-a *p. corr. 1*) cito morituram.

***fumifluus** (flu-), -a, -um. (fumus *et* fluere; *per analogiam ad* mellifluus *sim. formatum*) **1** *adi. i. q. fumum evomens – Rauch speiend:* THEODULF. carm. 28,188 -um (fl- *P*) clava *(sc. Herculis)* guttur *(sc. Caci)* . . . quatit. **2** *?subst. neutr. i. q. fumus – Rauch (in imag.):* FLOR. LUGD. carm. 27,150 si pater es *(sc. Modoinus)* cleri, noli contemnere clerum . . ., haec quoniam non sanctus amor, sed turgidus atro -um spirans ructat ab ore furor.

fumigabundus, -a, -um. *fumans – rauchend:* ALDH. virg. I 36 p. 284,4 anthletas Dei . . . sine -is flammarum globis immunes divina tutela protexit. 51 p. 307,18. *al.*

fumigatio (fom-, fumeca-, -ica-, -cio), -onis *f.* **1** *emissio fumi – Rauchentwicklung:* Ps. ARIST. magist. p. 640ᵃ,25 fusionem faciunt *(sc. corpora solida)* sine -e. **2** *evaporatio – Ausdünstung:* ALBERT. M. veget. 7,9 fomentum . . . laetaminis a -e sua (*antea:* quod iam sudat) aliquid carnibus eorum *(sc. plantarum)* praebet humectationis. **3** *fumus – Rauch (in imag.):* HONOR. AUGUST. phys. 171 l. 15 quod *(sc. natura divina mundi)* . . . vix a sapientibus animis . . . potest dinosci -bus terrenarum fantasiarum . . . impedientibus. **4** *suffitus – (Be-)Räucherung, Räucherdunst:* TRACT. de caus. mul. 45 fomic-o et subpositio, qui purgant matricem. 85 -ecacio. PAUL. AEGIN. cur. 249 p. 190,8 ipse . . . matricum pirie . . . -es (*3,74,3* ἀτμοί) sint. TROTULA A 2 p. 56,24 valet . . . ad praedicta *(sc. menstrua deficientia)* -o (fumigium TROTULA B 26 *[var. l.]*) de cimino. *al.*

***fumigatorium,** -i *n.* (1. fumigo) **1** *fumarium – Rauchfang:* WILH. RUBRUQU. itin. 2,2 conveniunt *virgae* in unam parvulam rotam superius, de qua ascendit collum sursum tanquam -um. **2** *turibulum – Räuchergefäß:* PETR. CAS. (?) chron. 3,74 p. 457,14 ista . . . ornamenta . . . papa . . . in hoc monasterio dereliquid: . . . -um Grecum.

***fumigenus,** -a, -um. (fumus *et* gignere) *inanis – nichtig, eitel:* HERM. AUGIENS. vit. 138 amatis *(sc. sorores)* . . . gaudia mundi foeda voluptatum -arum.

fumiger, -era, -erum. *fumosus – rauchig (in imag.):* SEDUL. SCOT. carm. II 55,12 piceus rivus per cannam gutturis *(sc. mendosi)* exit eructans mendas -osque (-oque *B*) globos. CARM. libr. II 5,1,8 ut . . . vasta . . . -e vincant *pauperes* incendia flammae.

fumigium, -i *n.* **1** *suffitus – (Be-)Räucherung, Räucherdunst:* Ps. ODO MAGD. herb. 229 imposita *(sc. iuniperus)* in prunas serpentes pellit odore -i. TRACT. de aegr. cur. p. 95,19 naribus -um facias. *al. v. et l. 39. p. 548,37.* **2** *fumarium – Rauchfang:* CHART. scrin. Col. A I p. 138 nr. 31 (a. 1178/83) sic edificet *(sc. David murum)*, ne . . . caminum vel -um eius *(sc. Herimanni)* . . . ledat.

1. fumigo (fom-, -ico), -avi, -atum, -are. **1** *intrans.:* **a** *fumum emittere, vaporare – Rauch, Dunst erzeugen, rauchen, dampfen (in imag.: l. 66):* THIETM. chron. 4,38 ut urbem vidit *comes* incendio -antem. WIPO gest. 4 p. 25,17 quae *(hominum invidia)* . . . ab inferioribus -at ad superiores. HILDEG. phys. 1,66 p. 533,32 feniculum . . . super . . . laterem igne calefactum ponat *aegrotus* . . ., ut -et. ALBERT. M. animal. 4,87 intrat *animal multipes* in vas, in quo -tum fuit. *al.* **b** *in fumum abire, (penitus) evaporari – sich in Rauch auflösen, (vollends) verdampfen:* TURBA phil. 18 p. 128,31 observate . . . vas, ne compositum fugiat et -et. **2** *trans.:* **a** *suffire – (be)räuchern:* TRACT. de caus. mul. 7 lana cumbusta -cabis naris. Ps. AVIC. anim. 4ᶜᵃᵖᵢᵗ. p. 104 -etur *(sc. vas)* exterius fumo Saturni et similiter -etur interius ipso fumo. *al.* *absol.:* TRACT. de caus. mul. 31 p. 28,17 species male odore naribus infunde et inferius fomicare species bene olentis. *al.* ANTIDOT. Glasg. p. 146,14 in carbonis mitis stercus cavallinum . . . et super -bis diutissime. **b** *(vaporando) implere – (unter Erzeugung von Dunst) erfüllen (mit):* ALFAN. premn. phys. 3,15 p. 54 anima . . . separata a corpore in somno velut mortuum illud iacere relinquit solummodo . . . -ans (*PG 40,596ᴮ* ἐξατμίζουσαν) illud vita, ne omnino pereat. **c** *mediopass. i. q. obscurari – sich verdunkeln:* Ps. HIPPOCR. sang. 16 urina in custodia -atur umbris inferius.

adi. **1. fumigans,** -antis. **1** *fumans, vaporans – rauchend, dampfend (in imag.: l. 15):* **a** *gener.:* AMALAR. off. 1,12,43 amisso . . . igne fidei non ardens, sed -s fuit *(sc. populus Iudaicus)*. HILDEG. caus. 66 humiditas . . . -is flecmatis in pectore facit frigidam humiditatem in stomacho. *al.* **b** *medic. de substantiis ad suffiendum adhibitis:* PAUL. AEGIN. cur. 53 p. 29,21 arguunt . . . epilepticos -ia (*3,13,1* θυμιώμενα) aspaltus aut gagates lapis. **2** *fervidus – (siedend) heiß:* HILDEG. phys. 4,3 p. 1252ᴬ onychinum super -ans vinum . . . teneat, ut sudor de eo egrediens vino illi commisceatur. **3** *obscurus, furvus – dunkel, finster:* HILDEG. div. op. 3,4,1 l. 36 per totam . . . occidentalem plagam velut teterrimas tenebras -es aspiciebam. *ibid. al.*

2. fumigatus, -a, -um. **1** *fumo siccatus, duratus – geräuchert:* BENVEN. GRAFF. ocul. B 15 p. 36,13 custodiat se *aegrotus* a cibariis contrariis, sicut sunt agwille -e, carnes bovine. **2** *fumans (effectus) – dampfend, zum Dampfen gebracht:* HILDEG. phys. 4,3 p. 1252ᴮ aquam ad ignem in vase calefac et . . . onychinum super eamdem -am aquam tene, ut sudor de eo exiens illi commisceatur.

subst. plur. **fumigantia,** -ium *n.* *vapor – Dampf:* VISIO Baront. 17 p. 390,25 non vidimus, quid intus *(sc. inferni)* ageretur propter tenebrarum caliginem et -ium multitudinem.

2. *fumigo, -inis *subst.* *suffitus – (Be-)Räucherung:* SALERN. comp. 67 de -e: fumigium laxativum . . . fit de speciebus laxativis.

***fumigosus,** -a, -um. (1. fumigare) **1** *adi. i. q. fumo similis – rauchähnlich, -artig:* ALBERT. M. summ. theol. II 1,4,2,3 p. 86ᵇ,39 ignis ex se generans ignem in lignis primo in materia impura -a non statim generat sibi similem formam, sed aliquam . . . impuriorem ut fumum. **2** *subst. neutr. i. q. fumus, foetor – Rauch, übler Geruch:* RECEPT. Lauresh. 5,1,6 eos, qui . . . accidum vel -um ructuant . . ., sanat *antidotum* (*sim.* ANTIDOT. Bamb. 5. ANTIDOT. Berolin. app. p. 77,15). *cf.* fumosus.

***fumivomus,** -a, -um. (fumus *et* vomere) *fumum, ignem evomens, fumosus – Rauch, Feuer (aus)speiend, rauchig, raucherfüllt:* **1** *proprie:* CARM. didasc. 296 non tantum crassi vomit aspis surda veneni, . . . non prester rictu -us (fumivolus *var. l.*) patulo, . . . quantum, Livor, fauce vomis Stigia. HONOR. AUGUST. inev. A (SBWien 150/III. 1905. p. 16,20) finge *(sc. discipulus)* . . . montem excelsum habentem ex una parte campum amenissimum, ex altera parte vallem -am. **2** *alleg.:* METELL. Quir. 11,13 novit *Deus* . . . tempora glorię, auri vasa quibus pura suis stent in honoribus multis igne prius -o cocta laboribus.

[**fummetum** *v.* viminetum: CHART. Neocell. 26 (MonBoica 9 p. 585,6); *cf.* CHART. Neocell. Frising. 40 p. 115,23 *et* 41 p. 117,21 fiminetum.] **fummus** *v.* fumus.

fumo, -avi, -atum, -are. *struct. c. praep.* in *c. acc.: p. 549,8. confunditur c.* fi[r]mare: *p. 549,8.* **1** *intrans.:* **a** *strictius i. q. fumum emittere, (e)vaporare – rauchen, (ver)dampfen:* **α** *proprie:* MIRAC. Firm. 2,4 quia iam summa villarum culmina -bant, coenaturus diversorium petit *comes*. BERTH. chron. B a. 1077 p. 297,21 cum . . . undique incendiis ardere et -are regionem depopulatam contemplaretur *rex*. THEOPH. sched. 3,70 p. 129,15 mitte *(sc. vas cupreum oleo illinitum)* super carbones . . . et tamdiu iaceat, donec omnino cesset -are. *al.* *de vino i. q. evanescere – verdunsten:* ALBERT. M. veget. 6,252 humectatur *(sc. vinum)* . . . ex mixtura, et tunc magis vaporat et -at.

β *in imag.:* BRUNO QUERF. Adalb. A 25 p. 31,6 magna ira -ant *homines*. **b** *latius:* **α** *emanare, diffundi – ausströmen, sich verbreiten:* VITA Galli II 590 talis pestifero fetor -vit ab ore *(sc. puellae aegrotae)*, qualem *eqs*. ABBO SANGERM. bell. 1, 609 fremitus . . . -at (gloss.: exit) ab illis *(sc. Danis)*. ALBERT. M. veget. 7,20 imbibita *(sc. aqua paludis)* laetamini . . . nutrit plantam cum pluvia descendente, quia pluvia . . . calore terrae -at (firmat *var. l.*) in radices plantarum. **β** *ascendere – aufsteigen (alleg.):* WALAHFR. Wett. 308 talis . . . ad Dominum . . . devotio -at. **2** *trans. (usu absol.: l.15):* **a** *suffire – beräuchern (usu eccl.):* ORD. iud. Dei A 5[m] fumo myrrae odoretur et -etur (infumetur *var. l.*) caldaria sive urceolus (*sim.* B IX 2[d]. PONTIF. Rom.-Germ. 247,25 [recc. BG]). B V 1[l] -etur (sumetur *var. l.*) odore mirre . . . caldarium sive urceolus. TRANSL. Adelph. 10 (MGScript. XV p. 295,48) turibulum . . . ad -andum . . . allatum est. **b** *denigrare – schwärzen, beschmutzen:* CARM. Winr. 360 cui *(sc. calvo)* placet . . . dignos *(i. albos)* nostros -are capillos *(v. notam ed.)*.

adi. **1. fumans,** -antis. *fumum, vaporem emittens – rauchend, dampfend:* AETHICUS p. 155,5 Acheron fluvium . . . adserit *(sc. Aethicus esse)* -em et nebulosum. VITA Find. p. 504,37 ascendens . . . altissima montium cacumina, sicubi villas vel tecta -ia cernere posset *eqs*. WALTH. SPIR. Christoph. II 3,10 ut portes *(sc. conviva Christi)* plenas oleo -e laternas. TRACT. de aegr. cur. p. 145,5 calcem vivam . . . ˹in aqua -e *(ci.,* fumariae *ed.)* pone˺ (facias bullire in aqua ROGER. SALERN. chirurg. 447). *al.* *de corpore sudanti:* WALTHARIUS 1173 procinctum solvit *Waltharius* et . . . ingenti -s leviabat pondere corpus.

2. fumatus, -a, -um. *fumo siccatus, duratus – geräuchert, Räucher-:* PRAECEPT. diaet. VIII 58 mense Octobris . . . carnem -am non comedes.

***fumositas,** -atis *f.* **1** *proprie:* **a** *natura, proprietas fumi sive vaporis – rauch-, dampfähnliche Beschaffenheit, Gasförmigkeit:* ANON. tab. p. 157,21 omnis spiritus subsistit subtilitate -is aeris. **b** *de vino i. q. facultas evaporandi – Fähigkeit Dämpfe auszudünsten:* PETR. MUSAND. summ. p. 263,5 quanto spissius *(sc. est vinum)*, tanto maiorem -em *(sc. habet)*. **2** *meton. i. q. fumus, vapor – Rauch, Dampf, Dunst:* **a** *gener.:* GEBER. summ. 41 p. 377 si bene . . . se expediverit ˹de -bus˺ (a fumo *var. l.*) et flamma libere per totum furnum transierit *eqs. v. et p.551,39.* **b** *natur. et medic.:* **α** *de vaporibus corporis:* PAUL. AEGIN. cur. 38 his . . ., qui a calida -e (*3,5,6,* ἀτμῶν) caput dolent *eqs*. ALFAN. premn. phys. 11,1 p. 86 vaporem . . . dico humidam -em. BENVEN. GRAFF. ocul. A p. 32[a],35 prima *(sc. infirmitas in oculis)* accidit ex -e colere superhabundantis in stomacho. *persaepe.* *adde:* GEBER. summ. 5 p. 257 eorum *(hominum)* cerebrum in multis repletum -bus non recipere potest veram rerum naturalium intentionem. **β** *de aere per halitum consumpto ('Atem') sim.:* ALFAN. premn. phys. 24,5 p. 146 deposita *(sc. arteria)* . . . -es (*PG 40,697/98[C]* τὸ αἰθαλῶδες), quae sunt in ipsa, movet . . . per poros invisibiles, quemadmodum cor per os et per nares in exspirationibus eicit suas -es (*PG 40,699/700[A]* τὸ λιγνυῶδες).

fumosus, -a, -um. *confunditur c.:* famosus: *l.63.* pannosus: SALUTARIS POETA 49 *(var. l.)*. **1** *proprie:* **a** *fumo similis – rauchähnlich, -artig:* **α** *in univ.:* ALFAN. premn. phys. 28,31 p. 140 ex -issimis (*PG 40,717[A]* καπνωδεστάτων) . . . vaporibus a corpore surgentibus . . . consistunt *pili*. ALBERT. M. veget. 2,81 rubeus *(sc. color)* . . . causatur ex albedine lucente superducto humido -o et incenso *eqs.* 2,143 croceus *(sc. color)* . . . causatur ex humido terminato lucido, cui supernatat fumus sive terrestris substantia -a (famosa *var. l.*). *al.* **β** *de oculis i. q. fuliginosa substantia infectus – durch eine rußähnliche Substanz getrübt:* BENVEN. GRAFF. ocul. B 6 p. 24, 12 occasione optalamie multi . . . non clare vident, sed habent -os occulos. **γ** *de halitu i. q. consumptus – verbraucht:* ALFAN. premn. phys. 23,4 p. 143 per exspirationem *(sc. egeritur)* . . . ˹-us vapor˺ (*PG 40,693[B]* τὸ λιγνυῶδες) caloris cordis. ALBERT. M. animal. 1,544 p. 195,10 principalis . . . utilitas attractionis aeris est, ut recens aer frigidus habeatur intus et expellatur ille, qui iam incensus et -us factus est. *al.* **δ** *de ructibus i. q. foetidus – übelriechend:* AESCULAPIUS 5 p. 8,20 cognoscitur *(sc. melancholia)* . . . ex crebra inmutatione sensus . . . cum . . . corruptionibus -is ac spumosis (*cf. Gariopont. pass. 1,12 p. 10[r]* corruptionum ructationibus foetidis molestantur). **b** *fumum emittens – rauchend:* LAMB. LEOD. Matth. I 2075 cum procul effugat illam *(apem)* tela manus -a gerens. HIST. peregr. p. 166, 26 equorum subselliis fovendo ignem -um carnem equinam . . . studebant *peregrini* . . . decoquere. *al.* **c** *fumo repletus, denigratus – von Rauch erfüllt, geschwärzt:* ALCUIN. epist. 178 p. 295,27 Turonis . . . -is tectis contenta . . . in pace permanet. UNIBOS 24,4 massam videt *praepositus* argenteam, -am dum lustrat domam *(sic)*. *al.* *adde:* OTLOH. vis. 4 p. 55,27 magis ac magis horrore visionis -e repletus (*antea:* videbam . . . quasi fumo repletam esse totam domum) ad lectum meum redii. *ibid. al.* **d** *fumi colorem habens – rauchfarben:* ALBERT. M. animal. 26,28 nigra . . . -a *(sc. rutela)* est maligna, et accidunt ex morsu eius dolor stomachi *eqs*. *de specie vitis:* ALBERT. M. animal. 18,52 genus . . . vitis, quod -um *(ci.,* summosum *ed.; p. 770[b],20* κάπνεον *[ed.,* κνάπεον, σκνάπεον *codd.]; cf. K. F. Kitchell, Albertus Magnus on Animals. 1999. II. p. 1306 adn. 44)* vocatur . . ., multotiens fert racemos nigros. **2** *translate i. q. inanis – nichtig (per enallagen):* THEODULF. carm. 27,65 -o . . . distichon ore hoc cecinit *Scottus* . . . suo.

adv. **fumose.** *foetide – übelriechend (usu medic.):* RECEPT. Lauresh. 1,30 p. 116 acide et -e ructantes suavitate<m> facit *antidotum*. *cf.* *fumigosus.

***fumulus,** -i *m.* *Fumaria officinalis L. – Gemeiner Erdrauch (de re v. p.546,17):* TRACT. de aegr. cur. p. 295,35 da siropum de -o cum triasandalis. *ibid. al.*

fumus, -i *m.* *(?n.: p.551,21)* *script.* fumm(us): *l.57. adde* PETR. HISP. chirurg. 124. *form.* ?fisin: *p.551,1.* *usu praed.: l.44.* *confunditur c.:* fuma: *p.545,66.67.* funus: *p.551,53.*

vapor, καπνός, ἀτμός – *Dampf, Rauch, Dunst:* **I** *proprie:* **A** *gener.:* **1** *in univ.:* WIDUK. gest. 1,36 p. 53,8 sole cadente in humida vestimenta barbarorum -um ascendere fecit usque in caelum. ALFAN. premn. phys. 7,26 p. 80 decipitur *(sc. spectator)*, cum viderit per nebulam sive -um (*PG 40,648[B]* καπνοῦ). BENVEN. GRAFF. ocul. B 5 p. 22,20 apparet sibi *(sc. aegroto)* sentire, quod occuli sunt pleni arena et spinis et samerio (-o A p. 24[a],16). *persaepe. v. et l.14.p.546,52.548,43.549,41.63.* **2** *de signis ignibus, -is datis:* WIDUK. gest. 1,38 p. 57,2 more suo igne -oque ingenti agmina diffusa collegerunt *hostes*. **3** *de daemone sub specie -i apparente:* LAMB. LEOD. Matth. I 2113 -us teterrimus eius *(sc. a daemone correpti)* ab ore progrediens hominem sanum . . . reliquit *(sc. daemon)*. **4** *de ardore -i ex fornace ascendentis ('Abhitze'):* THEOPH. sched. 2,4 accipe ligna faginea omnino in -o exsiccata (*v. notam ed. Theobaldi p. 214sq.; sim.* 2,13. 2,23 p. 52,26). GEBER. summ. 72 p. 547 huiuscemodi est omne additamentum coloris Solis et Lune aut Veneris commixtorum super -um (furnum *ed. prior*) cementi positum *(v. notam ed.)*. **5** mel sine -o *i. q. mel sine fumigatione expromptum,* μέλι ἀκάπνιστον – *ohne Ausräuchern entnommener Honig:* ANTIDOT. Bamb. 14 hec omnia *(sc. ingredientia)* tundis . . . et cum melle attico aut quod sine -o fuerit, quod misces, quantum sufficit. **6** *de vino i. q. offuscatio – Trübung:* BOTAN. Sangall. 24,1 herba equissipium sucum ex vino austrio ieiunus bibat *aegrotus* sine fummo *(v. notam ed.)*. **B** *spec.:* **1** *natur. et medic.:* **a** *de vaporibus in corpore exsistentibus:* CONSTANT. AFRIC. coit. 9,5 cui *(homini)* habundat exalans -us acutus, qui sua natura infestat temperanciam corporis. HILDEG. caus. 66 quod *(sc. phlegma)* malum -um in pectus . . . eorum *(hominum)* emittit. ALBERT. M. animal. 1, 586 paucitas pilorum *(sc. in pectore)* dicunt cordis frigiditatem . . . ex privatione caliditatis facientis -um, ex quo generantur pili. WILH. SALIC. chirurg. 1,67[capit.] de sectione super ventositatem et -um deambulantem de membro in membrum. *al. v. et p.551,3.* *de aere per halitum consumpto ('Atem'):* WILH. SALIC. chirurg. 2,7 p. 331[F] canna pulmonis laesa consequitur . . . impedimentum in expulsione -orum capinosorum et superfluitatum aeris attracti. **b** *fumigatio, suffitus – (Be-)Räucherung, Räucherdunst:* FRAGM. mul. I 42 beta nigra . . ., si super carbones eas pones et cum ceperent ardere, mulier super-

sedeat, ut fisin eius femora tangat. HILDEG. fragm. 79sq. -um de myrra . . . factum naribus excipiant *(sc. homines umiditate laborantes)*, quatinus -us melancolie compescatur. NOTULAE Wilh. Cong. 186 accipiat paciens -um per os. *v. et p.549,11.* **2** *alch.:* **a** *in univ.:* ANON. tab. p. 159,27 ex illa *(luna [i. argento])* egrediuntur duo -i. Ps. CALID. verb. 1 p. 352 illud, quod est *(sc. in lapide philosophico)* in manifesto frigidum et humidum, est -us aquosus corrumpens. GEBER. summ. 24 p. 325 ex his . . . terreis naturis *(sc. sulphuris et argenti vivi)* resolvitur -us tenuissimus. *al. v. et p.548,2.3.* **b** *de substantiis variis:* **α** -us albus, blancus *i. q. argentum vivum – Quecksilber:* ARTEPH. secret. p. 51 illud, quod est clarum . . ., ascendit in altum in aera in modum -i albi, quod lac virginis appellatur. GEBER. clar. 2,12 prepara -um blancum, ut non fugiat ab igne. *al.* **β** -us rubeus, citrinus, argenti *sim. i. q. auripigmentum, arsenicum rubeum, citrinum – rotes, gelbes Arsen, Auripigment, Sandarach, Realgar (de re v. D. Goltz, Studien zur Gesch. d. Mineralnamen. 1972. p. 239sqq.):* ANON. secret. p. 21,30 suk . . . duae sunt species, una crocea, alia alba, et . . . sunt -us argenti. GEBER. clar. 2,11 -us rubeus vocatur arsenicum; . . . -us iallinum, id est sulfur iallinum. MORIEN. ROM. alch. p. 518b,44sqq. -us . . . rubeus est auripigmentum rubeum; . . . -us citrinus est sulphur citrinum. **γ** -us cupri *i. q. chalcanthum, χάλκανθον – Kupfervitriol, -sulfat, '-rauch' (cf. vol. II. p. 2120,11sqq.):* CHART. Hans. 807 p. 278,12 (a. 1278) de lapide vini, de cupri -o, de amigdalis . . . duo dabuntur denarii cum dimidio.

II *in imag. vel alleg.:* WALTH. SPIR. Christoph. II 2,155 ut nullo tenebrentur flaccida -o sidera terrarum, quę . . . tecum *(sc. Christo)* . . . religantur amore. RUP. TUIT. inc. 11 p. 454,5 pęnitentium luctus lacrimosus quidam est -us veram pariturus lucem. *al.* *de colore fumi simili:* HILDEG. epist. 72R,5 in anima tua *(sc. abbatis)* tres colores video: . . . secundum in -o gustus inutilitatis.

III *meton.:* **A** -us terrae *i. q. Fumaria officinalis L. – Gemeiner Erdrauch (de re v. p. 546,17):* CONSTANT. AFRIC. grad. p. 351,12 -us terrę calidus in primo gradu, siccus in secundo. CIRCA INSTANS p. 19av -usterre . . . est . . . quaedam herba; dicitur . . . -usterre, quod generatur a quadam fumositate grossa a terra resoluta. ALBERT. M. veget. 6,347 -us terrae est herba viridis. *al.* *huc spectare vid.:* ANTIDOT. Glasg. p. 108,7 -um, assarum, piper *eqs.* **B** *caminus – Feuerstelle (spectat ad tributum solvendum; de re v. p.546,23):* CHART. Ital. Ficker 161 p. 203,39 (a. 1185) ut . . . nihil amplius exigatur ab hominibus . . . nisi tantum duodecim denarii . . . de quolibet -o omni tertio anno. CHART. Burgenl. I 576 p. 381,25 ut ad collectam regalem . . . dicentur *(sc. subiecti)* ad portas et non ad -os.

IV *translate i. q. catarrhus – Schnupfen (de re v. M.-D. Glessgen, Die Falkenheilkunde d. 'Moamin'. II. 1996. p. 547 c. adn. 10):* FRAGM. med. falc. 135 ad -um tollendum: accipe lardum vetus et mel . . ., insimul da, et sanabitur *(sc. falco)*.

V *per confusionem c.* funus *i. q. pernicies, interitus – Verderben, Untergang:* OTLOH. prov. F 42 faenus pecuniae -us (funus *Leo M. serm. 17,3*) est animae. *Mandrin*

